



6
17 N
37

TABVLAE RHETORICAE RAPHAELIS CYLLENII ANGELI.

Quibus omnia, quæ ab Ariſtotele tribus de Arte dicendi libris, & à Demetrio Phalereo ſuo de Elocutione libello tradita ſunt, præcepta fidiſsime, & planiſsime explicantur.


Additi ſunt Indices copioſi, & Gracarum vocum interpretatio prater eas, qua paßim in ipſo opere latine reddita inueniuntur.


CVM PRIVILEGIO.

Collegij Romani  Societatis Iesu. B.S.

VENETIIS,
Apud Iordanum Zilettum, & ſocios. M. D. LXXI.








ASCANIO SAVORNIANO ODE.





Era priscorum soboles auorum,
Et manu, & lingua, & genere eminentum,
ASCANI, inuicti genitoris atque
Clara propago.
Vt tuas pleno memorare laudes
Nunc velim versu, & grauiore plectro,
Vna qui diuum atq. hominum voluptas,
Primaq; cura es.
Te suis Phœbi chorus, & decentes
Gratiæ nymphis, Veneriq; iunctæ
Cœtib. miscent, tibi picta nectunt
Serta amaranthis.





Ardet infesto metuenda ferro,
Digna Gradiuo dea fratre, Enyo
Te videns: tanto nec ab igne aduri
Pœnitet illam.
Te colit magni superum parentis
Nuncius: sæpe & regione ab alta
Labitur, iussas properans ad oras;
Mox tamen idem
Immemor summi patris, & deorum,
Vt tuæ dulcis queat esse compos
Vocis, assuetos repetens lares di-
uertitur ad te:
Munus & formas tibi in has redactum
Ecce nunc clari eloquij appetenti
Deferens secum, reliquisq; per te
Donat habere:

Munus arctoo veniens ab axe,
Unde surgentes speculatur ignes
Syderum noctu uagus in patenti
Nauita ponto.

Hoc decet tantis opib. beatum,
Hoc grauis belli, innocuaq; pacis
Arte præstantem, placidisq; dictis
Cuncta tenentem.



RAPHAELIS CYLLENII ANGELI IN SVAS TABVLAS RHETORICAS PRAEFATIO



Ad Nicolaum & Mercurium filios.



CRIPTVM eſt alicubi à M. Terentio Varrone: Legendo & ſcribendo vitam procudito. Quod omnibus dictum exiſtimo, qui modo nomen ſuum poſteritati commendare cupiant. E lectione autem & ſcriptione duplex bonum oritur. nam & nobis ipſis tum voluptatem, tum æternitatem comparamus; & alijs aditum ad bonarum artium cognitionem percipiendam labore noſtro quaſi patefacimus ac munimus. Qua in re Deum Opt. Max. imitamur, qui nobis conſulendo & iucunditatem ſibi ipſe incredibilem, & vtilitatem nobis quammaximam affert. Immortalitatem igitur nominis ſi quærimus, aliqua in re elaboremus neceſſe eſt, quæ nobis iter ad eam parare facilius atque inſtruere poſsit. Sed, cum veterum gloriam, qui omni laude cumulati fuerunt, aſſequi nos, nedum ſuperare poſſe minime ſperandum ſit; reliquum eſt, ut operam ſaltem & laborem noſtrum eò conferamus, ut illorum ſcripta ratione aliqua illuſtremus. quod nos ſi non magna laude afficere, at ab interitu ſine calumnia vindicare poſsit. nam de eadem re ſcribere, atque in ea induſtriam oſtentare velle ſuam, id ego ſocordis hominis, uel potius arrogantis eſſe puto, eiuſq; prorſus (ut ἐμφαντικώτερον dicam) qui cum Minerua etiam ipſa de ſapientia certare velle audeat. eſtque perinde ac ſi quis Ciceronis aut Demoſthenis orationem aliquam retexere, ſtiloque ſuo ſeruatis tantum ſententijs nouam aliam quandam facere aggrediatur. qui ut Græce aut Latine optime ſciat, nunquam tamen eam venuſtatem, nunquam eum leporem ſuauitatemque aſſequetur. inſulſe, etiam ſi ſatis bene dicat, dixiſſe uidebitur. Non diſsimilis propemodum ratio eſt eorum, qui poſt Ariſtotelem aut Ciceronem dicendi præcepta tradere uoluerunt. quorum uolumina nemo ſapiens, aut ſuæ mentis compos prę hiſce unis admirabitur, neque riuulos (ut noſter ait) neglectis fontibus conſectabitur. Sunt enim præter ceteros hi duo ueluti clariſsima quædam lumina, qui nobis artem hanc omnino apertam illuſtratamque reliquerunt. Ariſtoteles enim poſteaquam Iſocratis gloria commotus ad dicendi ipſe quoque artem animũ adiecit, libroſq; illos ſuos ἐξωτερικοὺς

edidit, facile cum ſuperiorum omnium rhetorum, tum Iſocratis etiam ipſius gloriam obſcurauit. Ab hoc Cicero optima quæq; de arte dicendi præcepta decerpſit, atq; in ſua volumina tranſtulit adeo, vt hic, ſi ita loqui liceat, paulo minus quàm alter, vel potius alter quidam latine loquens ſit Ariſtoteles. Legendi igitur alij, ſed curſim, hi vero duo in manibus haben di, tractandi aſsidue, ediſcendi ac memorię penitus mandandi. iuuant enim plurimum cum ad dicendi vſum, quo veteres illi præſtantiſsimi oratores claruerunt; quorum nos induſtriam & admirari, & imitari debemus: tum ad explananda eorum ſcripta, cum adoleſcentibus viam aperimus ad eloquentiam, quam ingreſsi ſtilum ſuum exercere, atq; ad aliquam veluti normam dirigere, ac ratione demum aliqua, non temere, vt hodie permulti, ſcribere perdiſcant. quod à me ſeruatum eſſe meminiſtis tum Venetijs, tum Vicetiæ, dum publice vtrobique honeſtis mihi conſtitutis ſtipendijs pro fitebar. Quo quidem tempore dicendi artem, quam magna profecto cum animi mei voluptate in illa audientium nobilitate & frequētia explicabam, in tabulas veluti quaſdam veterum more deſcribere inſtitui, vt per hanc διαγραφὴν Ariſtoteles ipſe diſcentium oculis apertius ſubijci, animiſq; facilius imprimi poſſet. Eas poſtea abſolutas cum vidiſſent docti quidam ac nobiles, mei peramantes, viri, hortari me vehementer, atque acrius etiam fortaſſe, quàm par erat, vrgere cęperunt, vt primo quoque tempore diuulgarem. ad quod eo facilius me impulerunt (quanquam eas initio, vt ingenue fatear, mihi duntaxat, ac vobis ipſis, meiſq; auditoribus contexere in animum induxeram) quo pronior ſemper fui ac propenſior ad gratificandum cum omnibus, qui virtutis, non modo fortunæ inſignibus ornati exiſtunt, tum ijs potiſsimum, quos mei ſtudioſos eſſe intelligo. Videbam etiam, ſi eas in apertum referrem, fore, vt, cum nomini meo per hanc editionem claritas aliqua forte acceſsiſſet, tum alijs quoq;, neque tantum ijs, qui domum noſtram, vt nos audiant, frequentare ſolent, ſed & longinquis, ac toto terrarum orbe diffuſis ac diſperſis mortalibus labore meo aliquid prodeſſem. neque enim eorum vllo modo cōſilium mihi probari poteſt, qui communi hominum cōmodo inuidētes eiuſmodi lucubrationes vel ſuas, vel aliorum comprimendas ducunt, ne in vulgus exeant, ac quamplurimis ad diſciplinarum ſtudia adiumento eſſe poſsint. quod equidem ab omni humanitate ſemper alieniſsimum exiſtimaui. Factum eſt igitur, vt videtis, à me ſane libenter, vt hanc μέθοδον διαιρετικὴν à ſummis viris efflagitatam, ab adoleſcentibus diu deſideratam, in lucem tandem emitterem. in qua partienda & diſpo nenda ſecutus ſum in primis Petri Victorij auctoritatem: quem ego facile in hiſce humanioribus litteris ætatis noſtræ principem pono: cuius vnius tanti facio iudicium, quanti haud ſcio, an aliorum omnium. diligentiſsi-

me

me enim (vti iam pridem animaduerti) optimos quosque vtriusque linguæ scriptores legit, emendauit, luculentissimis commentarijs illustrauit, sic, ut, quod ipse dicat & sentiat, id ego pro grauissimo testimonio habendum esse censeam. quem vnum si præter ceteros vehementer, vti tantum virum debeo, admiror, nihil est, cur quisquam mihi hoc nomine succenseat, aut id moleste ferat, cum præsertim aliorum labores non ita contemnam, qui in Aristotele vel uertendo, uel explanando elaborarunt, ut eorum industria mihi non idonea uideatur, quæ discentium laborem aliqua ex parte subleuare commode queat. sed alius alio felicius, ut in alias res, ita in hanc quoque partem laborem & operam impendit, prout uidelicet quisque aut maiori usus est studio, aut acutiori fuit ingenio, aut exemplaria nactus est emendatiora. Victorius quidem (quæ est hominis diligentia) menda sustulit quamplurima. post illum uero Muretus nonnulla, quæ adhuc male affecta supererant, non infeliciter sanauit, & explicatione illustrauit: qui mecum sentiens uirum illum, immortalitate dignissimum, iure optimum interpretum appellat. Sed, cum nemo sit tam Lynceus, qui non aliquando offendat, illud quidem non mediocriter miratus sum in tertio libro, ubi narrationis præcepta tradit Aristoteles, interpretes omnes, ut mihi quidem uidentur, non modo Victorium, lapsos esse, ac Philosophi sententiam prorsus inuertisse. à quibus cum uehementer ipse dissentiam, doctorum hominum de nobis erit iudicium. Locus uero in græco contextu hic est: ἔτι δὲ πεπραγμένα δεῖ λέγειν, ὅσα μὴ πραττόμενα, ἢ οἶκτον, ἢ δείνωσιν φέρει· quem fere sic explicant. Confiteri etiam reus debet, dicereq; à se facta, quæcunque, dum fiunt, non excitant in animis iudicum aut miserationem personarum illarum, erga quas facta sunt, aut indignationem in auctores. Cuius loci sensum obscuriorem fatetur ipse etiam Victorius. ego uero ut eundem perspicuum, si possim, faciam, secus quàm illi, & omnino diuerse intelligendum puto, itaque sentio uocem illam, μὴ, ad, πραττόμενα, cui proxime coniuncta est, referendam esse, non ad uerbum, φέρει, à quo multum, ut spacio, ita etiam sensu distat: ut hoc sentire ac dicere uoluisse uideatur Aristoteles, defensorem etiam narrare debere ea à se facta, quæ nisi facta fuissent, uel misericordiam, uel indignationem in animis iudicum mouere potuissent. quod ut ratione aliqua ita esse comprobem, exemplum, si potero, ex tempore confingam. Video ego inopem, aut imbecillum, aut pupillum, aut alium quempiam ab impotenti & contumelioso homine indigne iniuria affici. accurro ad miseri illius defensionem: dumque id ago, ut ab eo iniuriam propulsem, forte accidit, ut uulnerem perditum illum, aut uerberem, aut quouis alio modo male mulctatum repellam iniuriam inferre conantem. quod cum à me factum esse in narratione ipsa confiteor, non modo iudicum animos à me non auerto,

sed


ſed, niſi id à me factum fuiſſet, facile aut oppreſsi illius, omnium ope deſtituti, miſericordia eos cepiſſet, aut indignatio aduerſus me, ab iniuria illum, dum poſſem, vindicare recuſantem. Atque ita loci huius tenebræ, quæ antea lectoris animum ſuſpenſum detinere, aut à vero ſenſu longius abducere poterant, omnes, niſi quid me quoque hac in re fallit, diſcuſſæ ſunt. nam & narratio ipſa, uel Ariſtotelis ipſius ſententia, vna eſt è partibus orationis à mouendorum affectuum ratione non omnino aliena, non modo huiuſce loci teſtimonio, ſed & libri primi, vbi ſic ait: φανερὸν ὅτι τὰ ἔξω τοῦ πράγματος τεχνολογοῦσιν, ὅσοι τἆλλα διορίζουσιν, οἷον τί δεῖ τὸ προοίμιον, ἢ τὴν διήγησιν ἔχειν, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον μορίων. οὐδὲν γὰρ ἐν αὐτοῖς ἄλλο πραγματεύονται, πλὴν ὅπως τὸν κριτὴν ποιόν τινα ποιήσωσι: περὶ δὲ τῶν ἐντέχνων πίστεων οὐδὲν δεικνύουσι. quod iterum libro etiam tertio affirmat, cum ſcribit narrationem nonnulla ſparſa habere debere, quæ dicentis probitatem, aduerſarij improbitatem declarent. Idem ſenſit Cicero in Partitionibus, idem Quintilianus nõ ignobilis rhetor, qui aperte oſtendit narratione ipſa & eum qui audit, non tantum eſſe docendum, ſed aliquo modo etiam afficiendum; & ipſum qui dicit, non modo ſermone, ſed vultu etiam, voce, habitu, vel fauoris aliquid, vel miſerationis mereri debere. neque cum ijs ſentit, qui non putant in narratione vtendum eſſe affectibus. Hanc deniq; ſententiam meam vel una Ciceronis in T. Annij Milonis cauſa narratio facile comprobabit. Si igitur in narrationem cadunt etiam animi motus, nemini dubium eſt, quin multo aptius particula illa negandi uim habens ad, πρατλόμενα, quàm ad uerbum illud, φέρε, applicari debeat. Qui locus vnus pro multis ſatis, opinor, uos admonere poterit, quantopere ac quatenus ſit interpretibus fidendum, quamque illud, quod me perſæpe noſtrorum hominum ſocordiam deplorantem dicere audiſtis, à veritate non abhorreat, eos ſcilicet, qui in alienam linguam verſis voluminibus tantummodo contenti, ſe, quæ volunt, conſecuturos omnia putant, plerunque tenebras pro luce, dubia prò certis, ficta pro veris amplexari. Quotus enim quiſq; eſt eorum, qui è Græcis Latina, aut è Latinis Italica fecerunt, qui nihil vnquam offenderit, nuſquam incurrerit? Tutiorem igitur omnino exiſtimate, minusq; periculoſam rationem eam, quæ vobis per aperta & explorata loca ad veritatis cognitionem capiendam, quàm quæ per ambiguos ac deuios anfractus in errorem & tenebras dux eſſe poſsit: ac quoſlibet ſcriptores, niſi valde falli velitis, lingua ſua loquentes audite, legite, euoluite: ab alijs verſa, cui cui modi fuerint, tanquam lubrica & ſuſpecta timide potius, quàm fidenter in manus ſumite, aut etiam, ſi me audiatis, indoctioribus hominibus, quibus illa ſolis ſcripta fuiſſe putandum eſt, ut eorum propria relinquite. Vos, qui utranque linguam me duce & auctore ita iam tenetis, ut non magno negocio, quæ legitis, percipere queatis; fontes ipſos adite, Græca

Latinis

Latinis adiungite, veterum ſcriptorum monumentis peruolutandis multo libentius accuratiusque, quàm recentiorum, operam impendite, atque in eo vobis omni ope elaborandum ducite, ut præſtantiores diſciplinas linguarum adminiculo, non aduentitijs iſtis & externis adiumentis, quæ amatores ſuos plerunque fallunt, ampleƈtamini: quarum poſtea fulti ſubſidio, vos quoque locum aliquem inter eos, qui bonarum artium cognitione clarent, obtineatis; aliquoque olim in numero apud bene moratas beneque conſtitutas ciuitates habeamini, ubi uigent ſcientiæ, vbi ſuus alit honos artes, ubi denique uos & ab alijs commode doceri, & alios uiciſsim docere cum dignitate poſsitis. At vero ea vobis prima ac præcipua cura eſſe debet, ut ab eloquentiæ ſtudio nunquam deſciuiſſe uideamini: quæ ceteris artibus coniunƈta, quemadmodum precioſa ueſtis corpus, ſic ipſa quoque eas mirabiliter exornat. neque cum ijs unquam ſentiendum uobis eſſe exiſtimate, qui, quod in eam laboris ac temporis impenditur, id omne male collocari putant. quorum ſententia iampridem à doƈtis atque eruditis viris exploſa & eieƈta eſt. Quid, cum ipſi Philoſophi, in rerum abditarum, atque à vulgari popularique ſenſu abhorrentium contemplatione maxime occupati, non prius muneri ſuo plene ſatisfaƈtum arbitrantur, quàm ornate dicendi ſcientiam cum ſapientia coniunxerint; nonne ſatis declarant, quid de toto hoc ſtudio iudicent? ad quod nullo modo aggrederentur, niſi id multo ante ciuitatibus, quarum illi curam nondum abieciſſe videntur, etſi ad reip. adminiſtrationem nunquam ſe contulerunt, non mediocriter prodeſſe intellexiſſent. Plato quidem, Ariſtoteles, Theophraſtus, Philoſophorum principes, quanquam alius alio apertius, omnes tamen uno conſenſu (quod eorum ſcripta declarant) artem hanc non omnino dignam, in qua erubeſcerent, cenſuerunt; ut alios taceam, qui, omiſſa etiam Philoſophia, huic uni adhærere turpe non putarunt, Periclem, Demoſthenem, Phalereum, complures alios. Adiuuabunt autem non parum, ut ad propoſitum tandem reuertamur, tabulæ noſtræ tum uos ipſos, tum ceteros omnes, qui in eas incurrent, ad percipiendam colendamque eloquentiam, cum ante oculos ſummum eius magiſtrum Ariſtotelem vnius penicilli quaſi duƈtu delineatum ac depiƈtum totum ſimul repræſentabunt. cui adiunximus eiuſdem laboris ac operis tanquam ſocium & conſortem Demetrium Phalereum, Theophraſti diſcipulum: qui Rhetorices partem eam, quæ uim eloquendi præceptaque continet, diuinitus ipſe quoque traƈtauit, eaque ipſa, quæ ab Ariſtotele libro tertio ſatis copioſe & diſtinƈte ſcripta fuerant, etiam ſi paulum diuerſo ac diſſimili modo, uberrime tamen planiſsimeque explicauit. Ad horum igitur clariſsimorum Rhetorũ diuina uolumina, quæ uelim ſemper & meis,

&

& aliorum omnium huiuſcemodi lucubrationibus anteponatis, libri tamen hi noſtri, qui ex iiſdem fontibus manarunt, vobis erunt ſi non alio, at propinquitatis & naturæ quodam quaſi iure libenter aſciſcendi, atque inter eorum commentarios recipiendi. qui, qualeſcunque à doctis viris illi habebuntur, extabunt quidem cum beneuolentiæ & charitatis in uos meæ, dum viuam, atque etiam cum amplius non ero, perpetuum quoddam & clarum monumentum, tum uoluntatis certiſsimum teſtimonium, ut diſciplinæ illius, ad quam ego uos hactenus deduxi, curſum perpetuo teneatis; eaque ſtudia, in quibus ætatem conſumpſiſſe me videtis, ſi vobis cordi fuerint, amplectamini, aut etiam, ſi libeat (neque enim id refugio) æmulemini; vel ad maiora, ſi ita voluntas feret, ſuperis iuuantibus vos ipſos applicetis.



GRAECARVM VOCVM INTERPRETATIO.


QVAE SVNT IN PRAEFATIONE.

ἐμφαντικώτερον. significantius.
ἐξωτερικούς. exteriores. vide Gellium libro 20. cap. 4.
διαγραφὴν. descriptionem.
μέθοδον διαιρετικὴν. rationem diuidendi.
ἔτι δὲ πεπραγμένα δεῖ λέγειν &c. etiam facta narrare oportet, quæcunque nisi fiant, vel miserationem, vel indignationem afferunt.
μὴ. non.
πραττόμενα. facta.
φέρει. afferunt.
φανερὸν ὅτι τὰ ἔξω &c. perspicuum est, eos, quæ extra rem sunt, tradere, quicunque res alias explicant, ut quid procœmium, quid narrationem habere oporteat, & quid vnamquanq; aliarum partium. in ijs enim nihil aliud student, nisi ut iudicem aliquo modo afficiant. de artificiosis vero probationib. nihil præcipiunt.
πραττόμενα, facta.
φέρει. afferunt.

IN OPERE.

Pag. 2 δυνάμει. facultate.
ibidem. προαιρέσει. voluntate. delectu. prælectione.
21 πάθη. perpessiones.
26 τιμωρία. vltio.
26 κόλασις. castigatio.
31 αἱ περιπέτειαι. vicissitudines.
12 αὐταρκέστερον γάρ. id enim magis, quàm alia, se ipso contentum est.
23 τίμιον, preciosum. honestum.
38 ἁμάρτημα. erratum.
38 ἀδίκημα. iniuria.
38 ἀτύχημα. infortunium.
41 γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ. mente optima.
42 μήποτ' εὖ ἔρδειν γέροντα. núquam beneficium conferre in senem.
42 Νήπιος ὃς πατέρα &c. Stultus qui natos, occiso patre, relinquit.
57 ἐπιδεξιότης, dexteritas.
70 ἀναιρετικά. exitiosa.
72 Νέμεσις. stomachatio.
88 δυνατόν. possibile.
88 πρόσχισμα καὶ κεφαλὶς καὶ χιτών. obstragulum & ligula & solea.
88 ὑποδήματα. calcei.
112 μῦν. murem.
112 κοινωνικόν. liberalem.
112 κοινὸς ἑρμῆς. communis Mercurius.
112 λόγον. orationem.
112 λόγου ἄξιοι, oratione digni.
112 λόγου ἄξιον. oratione dignum.
113 ἆρα οἶδας σὺ νῦν οὔσας ἐν Πειραιεῖ τριήρεις ἐν Σικελίᾳ ὤν. scis igitur tu nunc existentes in Piræeo triremes in Sicilia existens.
113 παρὰ σύνθεσιν. per compositionem.
113 παρὰ τὴν ἔλλειψιν. per defectum.
114 δείνωσιν. grauitatem.
127 ὁ χαλκοῦς cognomento Aeneus.
124 ἐπιορκίσαντας καὶ κατευορκίσαντας. peierantes & deierantes.
124 τελεσφόρον, fructum ferentem.
124 χρονοτριβεῖν. tempus frustra terere.
124 πέλωρον. ingentem.
124 ἄθυρμα, ludus.
124 ἀτασθαλίαν. proteruitatem.
124 τεθυμμένον. incensum punctumq;.
124 ἀντίμιμον. repræsentatricem.
124 ἔξεδρον. immensam: quæ scilicet è sede & tanquam finib. recti exeat.
129 μεταξύ. inter.
131 τῆς γυναικὸς τῆς ἡμετέρας. vxoris nostræ.
131 τῆς ἡμετέρας γυναικός. nostræ vxoris.
131 Ἐστί τις ἠνεμόεις ὀλίγος λόφος. Est quidam modicus collis vento perflatus.
131 τὸ ἄχορδον, καὶ τὸ ἄλυρον μέλος. chordæ expertem, & lyræ expertem cantum.
131 ἄλυρον μέλος, lyræ expertem cantum.
132 προσεπιπλήσσειν τῇ ὑπερβολῇ. increpare hyperbole.
133 κακὸν οὐρανόμηκες. malum vsque ad cœlum extensum.
133 πελώριον. ingens.
133 φήμην δὲ καὶ μνήμην. famam autem & memoriã.
133 οἵτινες ἔτλησαν. Qui quidem tolerarunt.
134 Δαλογενὲς εἴτε Λυκίαν. Deli orte siue Lyciam.
134 χρυσεοκόμα ἕκατε παῖ Διός. Auricome Apollo fili Iouis.
134 μετὰ δὲ γαῖαν ὕδατά τ' ὠκεανὸν ἠφάνισε νύξ. Post terram autem aquasq; Oceanum obscurauit nox, ac tenebras illi obduxit.
135 ἀναβολαί. cantiunculæ exordia.
135 Ἡροδότου Θουρίου ἥδ' ἱστορίας ἀπόδεξις. Herodoti Thurij hæc historiæ explicatio.
137 ἀγρὸν γὰρ ἔλαβεν ἀργὸν παρ' αὐτοῦ. Agrum enim accepit ægrum ab eo.
137 Δωρητοί τ' ἐπέλοντο, παραῤῥητοί τ' ἐπέεσσιν. Placati donis, pacatiq; ore fuerunt.
137 ᾠήθησαν αὐτὸν παιδίον τετοκέναι. ἀλλ' αὐτοῦ αἴτιον γεγονέναι. Putarunt ipsum puerum peperisse, sed eius causam fuisse.
137 ἐν πλείσταις δὲ φροντίσι, καὶ ἐν ἐλαχίσταις ἐλπίσι. In cura quidem plurima, in spe vero minima.
137 ἄξιος δὲ σταθῆναι χαλκοῦς, οὐκ ἄξιος ὢν χαλκοῦ. Dignus vero statua ærea, non dignus ære.
137 Σὺ δ' αὐτὸν καὶ ζῶντα ἔλεγες κακῶς, καὶ νῦν γράφεις κακῶς. Tu illi cum viueret, dicebas male, & nunc in eum scribis male.

137 τί ἂν ἔπαθες δεινόν, εἰ ἄνδρα εἶδες ἀργόν; Quod nam passus esses malum, si hominem vidisses ignauum?
137 τόκα μὲν ἐν τήνοις ἐγὼν ἦν· τόκα δὲ παρὰ τήνοις ἐγώ. Interdum enim ego cum illis eram, interdum vero apud illos ego.
138 οἷ τ' αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων. Ἡ δὲ μακρὰ ἀναβολὴ τῷ ποιήσαντι κακίστη. Vt nocet ille sibi, alium qui lædere quærit: Sic carmen longum vati ipsi pessima res est.
139 ἐνέργειαν. actionem.
141 πέρσαι. depopulari.
141 ἀρχήν. imperium. ἀρχήν. initium.
141 τὴν ἀρχὴν τῇ πόλει, ἀρχὴν εἶναι κακῶν. Imperium ciuitati, initium esse malorum.
141 ἀνάσχετος. intolerandus.
142 ἐκεῖνον μὲν γὰρ ἐπὶ τρίτων τόκων πονηρεύεσθαι, αὐτὸν δὲ ἐπὶ δεκάτων. illum enim ternis vsuris improbitatem exercere, se vero denis.
142 ὑπερήμεροι μοι τῶν γάμων αἱ παρθένοι. legitimum tempus nuptiarum elapsæ.
143 πεντεσυρίγγῳ. Vinculi genus est, quo sontes homines in carcere vinciri solebant.
144 ἄφετον. solutum liberum.
144 ἐπιπτέσθαι μενεαίνων. aduolare cupiens.
148 ἐπέρχωσιν. aggressionem.
148 ἀποπλάνησιν. digressionem.
148 ὄζους. ramos.
149 πρόλογος. prologus.
149 προαύλιον. præludium.
150 Ἆ μάκαρ ὅστις ἔην κεῖνον χρόνον &c. Certe felix, quisquis fuit illo tempore peritus cantuum Musarum seruus, quando intonsus erat adhuc campus. Nunc vero quando omnia diuisa sunt, habentq; finem artes, Postremi tanquam cursus derelinquimur, neque tibi erit omnia circumspicienti, quo nouijugum currum admouere queas.
150 τὰ ἐνδόσιμα. Ea quæ sunt inter exordium & narrationem interiecta.
151 πεντηκοντάδραχμον. quinquaginta drachmarum.
153 ἀντίδοσιν. permutationem.
159 ἐλεγκτικά. refellentia.
160 ταῖς θεαῖσι πρῶτα σύμμαχος γενήσομαι. Dearum patrocinium primo suscipiam.
161 χρημάτων δ' ἄελπτον οὐδέν ἐστιν, οὐδ' ἀπώμοτον. Nil prorsus est, quod pecunia fieri posse sperandum non sit, nilq; quod abiurari non queat.
161 οὔ μοι τὰ Γύγεω. Nil curo opes Gygis.
162 ἐνθυμηματικῶς. enthymematice.
162 συλλογιστικῶς. ratiocinatiue.



RAPHAELIS CYLLENI ANGELI ARISTOTELICARVM PARTITIONVM

LIBER PRIMVS.

Rhetoricæ & Dialecticæ similitudo & differentia.

Rhetoricæ & Dialecticæ

- Similitudo. ambæ enim
  - Versantur circa
    - Eas res, quæ communes quodam modo sunt omnium ad cognoscendum. per quas possumus (Hic intelligit locos communes)
      - Inquirere in alterius dicta. / Sustinere quæstionē, idest quod diximus. — Vt Dialectici.
      - Defendere. / Accusare. — Vt Oratores.
      - Queq; dē multi faciunt vel — Temere. / Cōsuetudine. — Quib. num hæc ... se vi ratio tradi que i... tem ... gi.
    - Sermonem, non circa res, vt scientiæ. Nam si quis subtiliter adm dum de lineis, triangulis & huiusmodi disputauerit, is Geome potius, quàm Orator aut Dialecticus appellabitur. qui tam ambo summàtim aliquid à scientijs excerpunt.
  - Sumunt propositiones ex opinione audientium, & eorum apud quos disputat
  - Nullius rei definitæ naturam quærunt, vt scientiæ & artes aliæ facere solent.
  - Intuentur probabile huiusmodi, quod non singulis hominibus, vt Soct aut Hippiæ, sed quod in vniuerso cunctis, qui huius generis sunt, vide tur.
  - Sunt facultates quædam comparandorum argumentorum, rationi suæ acco modatorum.
  - Contrarias res persuadere possunt, non vt prauas quidem persuadeant (neq; en id debent) sed vt ne lateat, quo modo res se habeat, & vt alium rationib. h iniuste vtentem refutare possimus. Hoc vero, vt contrarias res syllogism concludant, aliarum artium nulla facit.
- Differētia. nam
  - Versatur
    - Dialectica circa eas θέσεις & quæstiones, quæ negocium alicui f cessunt, qui ratione, hoc est probatione egeat: itemq; circa ea, qu sunt ex arte. (Ergo circa vniuersalia.)
    - Rhetorica circa eas res, quæ ex arte non sunt, & in consultatione veniunt, hoc est quæ speciem eam præseferunt, ut aliter se habe possint. (Ergo circa singularia.)
  - Disputat
    - Dialectica apud doctos. quibus ita probare disserendo debet omni vt ne in Sophistices vitium vnquam incidisse videatur.
    - Rhetorica apud rudes & imperitos homines. quibus etsi causam al quam malam in foro aut in concione dicendo persuaserit, non a guetur tamen partes suas non præstitisse.
  - Finis
    - Dialecticæ est probabilis conclusio. cui docti omnes assentiantur.
    - Rhetoricæ est fidem facere, etiam si falsa persuadeat.

**

Artis Rhetoricæ partes, vtilitas, officium, origo, definitio, probationes.

hetoricæ

- 1 Partes. In qua alia sunt
  - Extra artem, & quasi additamenta, Vt
    - Πάθη, idest affectus
      - Criminatio. ea gign odium. pag.59.
      - Misericordia. pag.7
      - Iracũdia.47.& eiusm di affect' animi. li.
    - Ratio
      - Exordiorum.
      - Narrationum, & c. lib.3.
  - In arte. Probatio, vnde fiunt Enthymemata, quæ sunt quasi corpus, idest solum & fundamẽtum Probationũ, quę docẽt tantũmodo Rem
    - Esse,
    - Nõ esse:
    - Factam,
    - Non factam.
    - Nam sit
      - Magna, an parua,
      - Aequa, iniqua,
      - Quæ Legislato ab Oratore
- 2 Vtilitas, quia per eam
  - Veritas & æquitas innotescit Iudicibus.
  - Orator accommodat se ad Iudicis captum, vt ab eo intelligatur: ac communibus vtitur verbis, omi scientia adhiberi solet, doctrinæ sermone.
  - Orator contrarias res dicendo persuadere potest, non vt id faciat, sed vt ne lateat, quo modo res se h ciente illius rationes dissoluere possit. Hoc vero commune est & Dialecticæ, alijs artibus non ite
  - Turpitudinem hanc effugimus, quæ esset, si nobis ipsis oratione, quæ hominis propria est, opem
- 3 Officium. quod est non fidem facere (hoc enim ad finem pertinet) sed videre in vnaquaq; materia ea, quæ
  - Sunt persuasibilia, vt etiam Dialectici, qui est δυνάμει.
  - Persuasibiliũ speciẽ habẽt, vt ẽt Sophistæ, q est προαιρέσει.
  - Persuasibile cui homin bile est. 1
- 4 Origo. est enim exorta & mista e
  - Ciuili facultate, quæ πολιτική dicitur.
  - Morali, quæ ἠθική appellatur.
    - Ab his propositiones proprias
  - Differendi ratione, quę est διαλεκτική. Ab hac locos & propositiones cõmu
- 5 Definitio. est enim ars videndi in singulis rebus, quod illic est aptum ad fidem faciendam & ad persuadendum.
- 6 Probationes. quarum aliæ sunt
  - Ατεχνοι, expertes artis, quæ opera studioq; nostro non pariuntur, & quæ à nobis non excogitant
  - Εντεχνοι, artis participes, quæ artis præsidio conflantur, & à nobis excogitari possunt. De his inueniẽdis cogitandum. Quarum tria sunt genera. nam aliæ alijs in reb. positæ sunt. Vt
    - Ηθικαί in vita & morib. DICENTIS. Probis enim viris magis & celerius af de omnib. reb. ijsq; præcipue, quæ certo sciri non possunt. In Oratore 1
      - Hæ sumuntur è propositionib. proprijs Honesti & Morum. pag. 20.7
    - Παθητικαί in afficiendo AVDITORE. cum motum aliquem animi n scet oratio. Non enim eodem modo sentiunt, qui audiunt, cum au
      - Hæ sumuntur è propositionibus proprijs Affectuum. lib. secundo.
    - Λογικαί in ratione ipsa & Argumentis, cum verum aut simulatum verum concluserimus ex ijs, quæ ad singulas RES confirmandas apta esse videantur. Harum quædam sunt generum ————
      - Propriæ singulorum
      - Cõmunes omnium.
        - Argumentationum formæ
      - Hæ constant Epicheręmatis, & principatum inter ceteras obtinent. etenim hæ solæ in arte existunt, vt visum est superius in diuisione partium, nu. 1.

Legislator. Iudex.

...ea gignit pag. 59. ... pag. 70. ...& eiusmo ...mi. li. 2.

Hæc non de re sunt, verum ad iudicē cōmouendum pertinent, & in ciuitatib. rectè institutis seruari non solent. quæ & Areopagitæ reijcere solebant. His enim vti perinde est ac siquis qua vti norma in dirigenda materia debet, hāc sponte obliquam reddat ac deprauet.

Legislatorem. quòd
- Prestantior est Legislatoris cōditio, quàm Iudici: nam facilius est vnum & paucos nancisci, quā multos qui recte sentiant & possint leges condere, & ius constituere.
- Legumlationes longi temporis meditatione fiunt
- Legislatoris iudiciū est
  - Nō de parte, sed de toto
  - Non de pītibus, sed de futuris.
- Legislatoris officium est scribēdis legib. ita cuncta decidere, vt q̄ paucissima ijs, qui iudicāt, pmittat

...egislator non enodauit, Iudex debet cognoscere, nō ...ratore discere. Hæc enim differentia est inter

Iudicem. quòd
- Iudex dēt iudicium suū pferre ex legib. q̄ ab affectib. immunes sunt
- Iudex iudicat de
  - Presentibus.
  - Certis.
  - quibuscum sæpenumero cōiungi solet
    - Amor,
    - Odium,
    - Cōmodū propriū,
    - ut veritatē pspicere amplius neqant, sed Iudicis propria voluptas aut dolor officiat.
- Iudex constitutus est dominus rerum paucissimarum, earum scilicet, quæ à Legislatore omissa sunt.
- Iudicis fidei cōmittitur, ut de re cognoscat
  - Facta sit, an non facta.
  - Futura sit, an nō futura.
  - Sit, an non sit.
  - Quæ vt Legislator prouideat, fieri minime potest.

...is, omisso eo, qui in aliqua ...es se habeat, & vt alio fa... ...on item. ...pem ferre non possemus.

...bile illud est, quod ali... ...mirum generi persuasi... est. Id vero duplex est
- Sua ui, idest sine probatione.
- Arte, idest cum probatione.

Probamus autem aut à rebus
- Antea conclusis, quæ nō facile intelliguntur ab imperitis propter longinquitatem.
- Nondum cōclusis, quæ tamen opus habent, vt rōne concludantur, quo planiora fiant: quæ non facile intelliguntur à popularib. quia opinionib. hominum non conueniunt.

...ias ...ōmunes. sumit. His tamen minor res est, neq; tam egregia bona gignit Rhetorica.

...am.

...itantur, sed in re positæ sunt. Hæ diligenter & summo studio sunt tractandæ. Sunt autem quinque
- Leges. pag. 41.
- Testes. 42.
- Pacta. 43.
- Quæstiones. 43.
- Iusiurandum. 44.

...s assentimur ...re igitur est
- Επιέκεια, idest ipsa probitas Oratoris. quæ in arte non existit, vt nonnulli huius artis scriptores senserunt. quia non semper necessarium est Oratorem sanctis moribus præditum esse. quo si careat, fidem facere non possit.
- Ηθος, idest mores, sermone dicentis expressi. (pag. 159.) Hi potentissimā propemodū, ut ita dicā, fidē obtinēt. De morata oratione vide lib. 3. pag. 161.

...o. 79.

...mi mi... ...m aut ...ib.
- Mœrét.
- Gaudet.
- Diligūt.
- Odio pse quuntur.

Vbi cōsiderantur hęc
- Natura singulorum affectuum.
- Quæ res illos constituunt, ab alijs qui diuersi sunt ab ipsis secernentes.
- Ex quib. factis dictisue in animis nostris excitantur.
- Quo nobis affectis.

Auditor est Finis oratoris. Est autem vel
- Θεωρός, ὀχλῶν περὶ τῆς δυνάμεως, idest Auscultator tantum.
  - Hinc est genus Demonstratiuum.
- Κριτής. Iudicator rerum aut
  - Præteritarum. Vt Iudex. Hinc genus Iudic.
  - Futurarum. Vt Senator. Hinc genus Delib.

...en ...um ...e
- Dialec.
  - Syllogismus. qui constat ex duabus ppositionibus & conclusione.
  - Inductio. quæ fit à parte ad totum.
- Rheto.
  - Enthymema. cui deest aliqua ex tribus, quæ per se nota sit & explorata. cuius tamē pars fere semper est Sententia. pag. 93.
  - Exemplum. (hoc respondet Inductioni) quo deuenitur pag. 91.
    - A parte ad partem.
    - A simili ad simile.

Hinc Rhetorum alij vocantur
- Enthymematici. qui conturbant & permiscēt magis quàm Exemplares. Duum aūt generum sunt. aut enim versantur circa pag. 158. Iudic. gen. conueniunt.
  - Necessaria, sed raro.
  - Contingentia sæpe.
  - Horū Argumenta à Toto ad Partem solent esse.
- Exemplares, q persuadent quidē, sed sine tumultu. Quorum ratio pficiscitur aut pag. 91. Deliber. gen. conueniunt.
  - A parte ad partem.
  - A simili ad simile: vbi hæc duo requiruntur, ut
    - Omnia similia sub eodem genere sint.
    - Alterū altero noti° sit

Enthymema.

Definitio.

Enthymema nihil aliud est quàm
- Oratorius syllogismus.
- Oratoria demonstratio.

Enthymemata vnde ducantur, ac qua ratione dissoluantur, vide lib.2. quomodo adhibenda lib.3. pag. 161.

Materia.

Enthymematum materia sunt
- Verisimilia, ἐικότα, siue credibilia, quæ plerunque ita fiunt, neque unum eundemq; tenorem habent. Verisimile enim est illud, quod in ijs rebus, quæ aliter se habere possunt, ita se habet ad id, cui est verisimile, vt quod est in toto ad id, quod est in parte.
- Signa, σημεῖα. quorum duo sunt genera.
  - Vnum, quod ita se habet, vt Singulare aliquod ad Vniuersale. quorum ——
    - Vnum solui potest. Vt Socrates sapiẽs fuit & iustus. Omnes igitur sapiẽtes, iusti sunt. Hoc q̃uis verum sit, solui põt. & est Signum.
    - Alterum necessariũ est. Vt, qui febri laborat, ęgrotat. Et, Quæ lac hẽt, peperit. Necessariũ est, atq; ex signis solũ hoc Tecmeriũ est.
  - Alterum, quod ita se habet, vt Vniuersale ad Particulare. Vt si quis dicat, quòd febri laborat, signum esse, quia frequẽter anhelet. Hoc solui potest. fit enim vt & qui febri non laboret, anhelet, & anhelet aliqua alia de causa. Anhelare igitur hoc loco est magis vniuersale, quàm febri laborare.

  Ex his igitur signis aliud est
  - Necessarium, quod τεκμήριον Græci vocãt, illud inquã, quod nullo modo solui potest.
  - Non necessarium, illud inquam, quod solui potest, & Signũ, græce σημεῖον (cum proprio nomine careat) vocatur.

Genera.

Enthymematum alia sũt
- Communia, hoc est artium omnium. Sunt autem ipsi Loci topici, Vt A pari, A minori, &c. Ex his pauciora fiunt Enthymemata, nec vnquã Oratorem huius aut illius artis peritũ faciẽt.
- Propria, hoc est singularũ artium. Sunt autem Propositiones propriæ, quæ in vnaquaque specie generéque versantur. Vt sunt propositiones de
  - Naturalib.
  - Moralibus.
  - Politicis, & alijs artib⁹.

  Quæ ad alias artes transferri non possunt. Vt de naturalib. sunt ꝓpositiones, ex quib. neq; Enthymema, neq; Syllogismus est de moralib. itemq; de his aliæ, ex quib. nõ erit de naturalib. eodemq; modo hoc se habet in omnibus.

  Ex his maior pars Enthymematum conflatur. Quæ ad Quæstionem probandam referuntur. *

Causarum genera.

* Quæstiones, siue Causarum genera sunt tria
- Deliberatiuum, cuius hæ partes
  - Suasio.
  - Dissuasio.
- Iudiciale, cuius partes ——
  - Accusatio.
  - Defensio.
- Demonstratiuũ, cuius partes —
  - Laus.
  - Vituperatio.

Tẽpora
- Futurum. (Deliberatiuum)
- Pręteritũ. (Iudiciale)
- Præsens. sæpe tamẽ & pręteritum afferunt ad monẽtes, & de futuris ariolãtur. (Demonstratiuum)

Finis
- Vtile. Damnum. — ad quæ assumit etiam: Iustum, Iniustũ. Honestũ, Turpe.
- Iustum. Iniustum. — huc adde &: Vtile, Damnũ. Honestũ, Turpe.
- Honestũ. Turpe. — huc adde &: Vtile, Damnũ. Iustum, Iniustũ.

In quibus tenendæ sunt Propositiones hæ. Q>

Propositiones.

Q> Propositiones tenendę in tribus generibus Causarum. quarum aliæ sunt ——
- Proprię
  - Boni & mali. pag. 9.
  - Honesti & turpis. pag. 20.
  - Iusti & iniusti. pag. 25. 36.
  - Morum. pag. 79.
  - Affectuum. 46.
  - Habituum. 20.
  - Aetatum. 79.
  - Fortunæ. 84.
- Communes, de ——
  - Possibili & impossibili. 88.
  - Facto & non facto. 89.
  - Futuro & non futuro. 90.
  - Magnitudine & exiguitate rerum (90.) vel ——
    - Simpliciter.
    - Per comparationem
      - Maioris
      - Minoris
        - Boni. Mali. Honesti. Turpis. Iusti. Iniusti.

DE GENERE DELIBERATIVO.

Præſtantia generis Delib.

Genus Deliberatiuum præſtat Iudiciali, quòd
- Pulchrior & ciuilior eſt concionum tractatio, quàm contractuum.
- Minus ſuppetit, quæ extra rem ſunt, in concione dicere.
- Minus malitioſa iuris diſputatione concio eſt, & communior. hic enim iudicator proprijs de reb. iudicat ita, vt nihil aliud opus ſit, quàm demonſtrare ita ſe habere, vt ait ille, qui conſulit.

Definitio.

Deliberatio eſt Conſultatio de reb. bonis aut malis,
- Quæ ſcilicet aliter ſe habere poſſunt, Vt Bellum
  - Vtile,
  - Non vtile.
- Non inquam de ijs, quæ nõ poſſunt aliter aut
  - Eſſe.
  - Factæ eſſe.
  - Futuræ eſſe.

Vel

Eſt cõſultatio de reb.
- Contingentibus, ſed non de omnibus. Contingẽtia enim ſunt aut ſecundum
  - Naturam.
  - Fortunam.
    - De his non eſt conſultatio.
  - Electionẽ hominũ.
    - De his eſt conſultatio: quæ ſcilicet referuntur ad nos, & quorum nos cauſa efficiens ſumus.
- Non neceſſarijs.
- Non impoſſibilibus.

Omnia vero, quæ in conſultationem cadere poſsint, dicere exquiſite, eſt Politici potius quàm Rhetoris.

Res, quæ in conſultationem cadere poſsint.

Quinq; ſunt, de quib. conſultare homines publice ſolent.

1 De ratione parandæ pecuniæ. Hic ſcire oportet
- Reditus ciuitatis
  - Quot,
  - Quales
  - ſint. vt,
    - Si quis deeſt, addatur.
    - Si quis minor eſt, augeatur.
- Sumptus publicos, vt ſi quis eorum ſit
  - Superuacaneus, tollatur.
  - Maior, minuatur.
  - Hic intuendum eſt in alios populos, quid ipſi agant.

2 De bello & pace. Hic noſſe oportet & diligenter conſiderare
- Ciuitatis copiam militarem
  - Quanta
  - Qualis
  - ſit atque eſſe poſſit.
- Quæ bella antea geſſerit, eorumq; exitum.
- Finitimarum ciuitatum res geſtas.
- Eorum vires, quibuſcum quãdoque bellum fore exiſtimatur, vt cum
  - Fortioribus pacem habeamus.
  - Infirmioribus, vtut velimus.
- Non domeſtica ſolũ bella, ſed etiam aliena, quem euentum habuerint.
- Copiæ ſint ne
  - Similes.
  - Diſſimiles.

3 De cuſtodia agrorum regioniſque. Hic cognitum habere oportet
- Quomodo regio cuſtodiatur.
- Quot / Quæ copiæ huic rei neceſſariæ ſint.
- Qui loci huic rei oportuni ſint.
- Vt ſi cuſtodia ſit
  - Minor, augeatur.
  - Supuacanea minuaẽ, & locos oportunos magis tueãtur.

4 De reb. quæ importantur, & exportãtur. Hic cõſiderãda
- Quantitas alimẽti, qđ ciuitati ſatis eſſe poſſit.
- Cuius generis ſit, quod ager ipſorum fert.
- Quale ſit, quod aliunde eò comportãdum eſt.
- Quæ res ſint, quarum
  - Exportatione
  - Cõportatione
  - egeãt. Vtriq; enim ĩ amicitia retinendi.
- Ne inimicitias ſuſcipiamus uel cum
  - Potentioribus.
  - Ijs, qui nobis vtiles ſunt.

5 De legib. cõdendis. in quib. eſt ſalus ciuitatis. cui qui ſtudebit, is intelligat oportet
- Quot ſint genera rerumpub.
- Quæ huic aut illi conducant.
- Quæ interitũ reip. afferãt ſiue ſint
  - Propria,
  - Cõtraria
  - eius ciuitatis.
- Res anteactas in ciuitate.
- Ea quæ in alijs vrbib. agantur.
- Qualia qualibus conueniant.
- Ad hæc cognoſcenda conducit noſſe
  - Terrarum ac gentium
    - Situs.
    - Mores.
  - Hiſtorias.

DE GENERE

Felicitas.

Definitio.

Felicitas est
- Vitæ prosperitas cum virtute coniuncta. Vel
- Possidere quod satis sit ad vitam degendam. Vel
- Vita iucundissima, quæ certa stabilisq; sit. Vel
- Cum viget familia, ac pecudes bestiæq; omnes, in quib. res familiaris posita est. Ad quæ coniungitur quæstus & amplificatio patrimonij.

Propositiones propriæ.

Felicitatis partes. quarum aliæ sunt
- In homine: quæ scilicet pertinent
  - 1 Ad Animum, vt Virtutes
    - Iustitia.
    - Fortitudo.
    - Temperantia.
    - Liberalitas,
    - Magnitudo animi.
    - Magnificentia, & ceteræ, de quib. in gen. Demonstr.
  - 2 Ad Corpus, Vt
    - Bona valetudo
      - Morbo vacuum esse.
      - Corporis muneribus fungi.
    - Pulchritudo
      - Iuuenis
        - Corpus habere factum ad sustinendos labores, qui excipiũtur in
          - Cursu.
          - Viadhibẽda.
        - Aspectu ita iucundũ esse, ut amoribus delicijsq; sit idoneus.
        - Quod in Pẽtathlis videmus, qui sunt formosissimi.
      - Constantis ætatis
        - Habere corpus idoneum ad sustinendos labores.
        - Aspectu iucundum esse. in quo tamen terroris sit aliquid.
      - Senis
        - Esse idoneum ad necessarios labores tolerandos.
        - Dolore vacare. quo maxime vexatur senectus.
    - Vires roburq;. quæ facultas est mouendi alium ut velis
      - Trahendo.
      - Depellẽdo.
      - Eleuando.
      - Deijciẽdo.
      - Cõprimendo.
      - vel
        - Omnibus.
        - Aliquo horum.
      - Is enim est robustus.
    - Proceritas. idest maiorẽ esse alijs
      - Lõgitudine.
      - Latitudine.
      - Altitudine.
      - quæ tamẽ corporis munia nõ impediãt.
    - Robur in gymnicis certaminib. quod constat
      - Magnitudine.
      - Viribus.
      - Celeritate. Celer enim robustus est. Qui enĩ põt
        - Crura iaculari & mouere
          - Cito,
          - Lõge,
          - Cursor est.
        - Premere fortiterq; tenere — Luctator est.
        - Ictu pellere — Pugil est.
        - Valere
          - Vtrisq:, Pancratiasta est.
          - Omnib., Pentathlus est.
    - Senectus facilis & cõmoda, quæ aut
      - Sero accedit.
      - Non vexatur doloribus.
- Extra hominem, Vt
  - 1 Nobilitas
    - Publica
      - Gentis.
      - Ciuitatis.
      - Ibi primum natos esse.
      - Vetustam admodum originem habere.
      - Suos conditores primos claros fuisse & illustres.
      - Multos postea successisse ijs, virtutib. ijsdẽ conspicuos.
    - Priuata, à
      - Viris,
      - Mulierib.,
      - Vtrisque
      - claris
        - Virtute,
        - Diuitijs, aliaue quapiam re, quæ in precio apud homines sit.
        - Progenitorum clarorũ copia, cuiusuis
          - Sexus.
          - Aetatis.

DE LIBERATIVO.

Felicitas.

- 2 Filijs { Probis / Multis } ornatum esse. Quæ felicitas est tum
  - Publica, si iuuētus sit
    - Multa.
    - Bona, virtute
      - Corporis, vt est — Proceritas. Pulchritudo. Vires. Robur ad certami-(na.
      - Animi, ut est — Temperantia. Fortitudo.
  - Priuata, si eadē, quæ superius dictæ sūt, sint & in
    - Maribus.
    - Fœminis. quarum virtus
      - Corporis { Pulchritudo. Magnitudo.
      - Animi { Temperantia. Studium suorum operum, sine tamē sordib. & illiberalitate.
- 3 Diuitię, quarum partes
  - Nummi.
  - Agri.
  - Villæ.
  - Supellex.
  - Pecora, Mancipia, } quę excellāt { Multitudine. Magnitudine. Pulchritudine.
  - In his tria spectantur, vt
    - Certa sint, & omni periculo vacua, vt scilicet in ipsis sit
      - Vsus.
      - Alienatio, idest — { Vēditio, Largitio.
    - Oblectare valde posint.
    - Vtilitatem præbeant.
- 4 Bo existimatio.hoc est { Censeri bonum. Habere huiuscemodi quidpiam, quod appetant { Multi, Boni, Prudentes.
- 5 Honor. qui est signū gloriæ cōparatæ ex multis magnisq; beneficijs in alios collatis. Honorantur autem qui —
  - Iam beneficijs affecērunt. Atq; hi maxime quidē & optimo iure honorādi sunt.
  - Facultatem habent in alios commoda conferendi.
  - Beneficia honore digna sūt ea quæ
    - Ad salutem faciunt: vitamq; hominum conseruant.
    - Aliquo eorum bonorum tribuendo, quæ ægre comparātur { Omnino. Hic. Aliquādo.
    - In quib. & si parua videantur, prodest tamen { Loc°, Occasio.
  - Honoris partes
    - Diuini honores.
    - Decantationes { Carminū. Solutæ orationis.
    - Honores certi.
    - Luci consecrati.
    - Primi consessus.
    - Sepulcra.
    - Imagines.
    - Cibaria è publico.
    - Adoratio. Discesio. } quę barbarorū sunt.
    - Munera, quæ apud singulas gentes in precio sunt. Ea
      - Rem augent. quod auari cupiunt.
      - Personam honestāt. quod ambitiosi cupiunt.

DE GENERE.

Felicitas.

- 6 Senectus
  - Facilis,
  - Commoda
  - quæ aut
    - Sero accedit.
    - Non vexatur doloribus.
- 7 Aetas longæua.
- 8 Multorum &
- 9 Proborum
  - Amicitia. Ea amici definitione ostendetur. Amicus igitur est is, qui ita erga amicum animo affectus est, ut, quæcunque arbitratur illi bono esse, cuncta studiose gerat, illius ipsius tantum causa. Cui igitur sunt amici multi & probi, is amicis est instructus multis & probis.
- 10 Bona fortuna. Ea est, cum quæ à fortuna proficiscuntur bona, aut
  - Gignuntur
  - Iam adsunt
    - Omnia,
    - Plurima,
    - Maxima.
      - Fortuna autē nōnullorum causa est
        - Quæ ab arte efficiuntur. Vt sanitatis.
        - Quæ à nulla arte fabricari possunt, sed vel
          - Natura existunt. Vt pulchritudo, magnitudo.
          - Præter naturam sunt.
        - Ob quæ homines alijs inuident.
        - Quorū nulla certa ratio afferri potest. Vt
          - Si alij fratres deformes, hic formosus.
          - Si abditum aurū alij nō viderūt, hic reperire potuerit.
          - Si, qui prope stabat, iaculum non percussit; in hunc incidit.
          - Si vnus ex omnib. non adfuerit, cum semper solitus; & qui semel tantum venerint, interfecti sint.

DELIBERATIVO.

Bonum triplex est

Certum — Incertum — Maius.

Certum

In genere Deliberatiuo Finis est, Vtilitas. Sed, qui consilium dant, ac de quopiam deliberant, non de fine deliberant, sed de ijs, quæ ducunt ad finem. Sunt autem ea, quæ in singulis rebus factisq; vtilitatem apportant. De Vtili igitur ac Bono elementa nobis explicanda sunt.

BONVM id est

Incertum

Boni elementa, ac descriptiones.

1 Quod ipsum propter se expetendum est.

2 Quod ut adipiscamur, alia, quæ sua ui nos alioqui non mouerent, expetimus.

3 Quod cunctæ res expetũt, vel saltẽ illæ
- Quæ preditæ sensu sunt.
- Quæ intelligentiá habent. aut Si intelligẽtia ijs daretur.

4 Quodcunq; ratio atque intelligentia cuique dictaret.

5 Quodcunq; singulis in reb. vnicuique ratio tribuit atq; assignat.

6 Quod cum adest, illud, cui adest, quamoptime se habet, nec quicquam amplius desiderat.

7 Quod aduentu suo ita explet, ut satis id illi sit, ad quod accesserit, facitq; , ne ulla re amplius egeat.

8 Quod efficiendi ac custodiendi hęc ipsa aliaq; huius generis uim habent, Vt bonam valetudinem efficiunt tum
- Corpus bene constitutum.
- Cibaria,
- Corporis exercitatio.

9 Quod huiusce modi consequuntur aut
- Eodem tempore, Vt Sanitatem vita.
- Posterius, Vt Disciplinã sciẽtia.

10 Quod sibi contraria depellit atq; extinguit.

Maius.

Bona certa, unde existunt necessariæ Argument.

His positis, necesse est inter Bona numerentur, atque inter Bona certa —

1 Sumptiones bonorũ. Has enim, ne malum habeas, simul consequitur.

2 Depulsiones malorum. Has, ut bonum adipiscare, postea consequitur.

3 Pro minore bono, maioris sumptio.

4 Relicto maiore malo, minoris sumptio.

5 Virtutes, quæ sunt
- Efficiẽtes. bonorũ.
- Actuosæ.

De his in gener. Demõstra.

6 Voluptas, quam omnes animantes natura expetunt.

7 Iucunda: efficiũt enim voluptatẽ.

8 Honesta, quæ &
- Delectant.
- Propter se expetenda sunt.

9 Beatitudo, qđ
- Propter se expetenda sit.
- Se ipsa contenta, nulla externa re egeat.
- Vt eam consequamur, multa alia expetimus in vita, quę nisi illã nobis conciliarent, nõ attingeremus.

10 Iustitia.
11 Fortitudo.
12 Temperantia.
13 Magnanimitas.
14 Maguificentia, alijq; huiusce modi habitus.

Quia virtutes animi sunt.

15 Bona valetudo efficiens
- Voluptatis.
- Vitæ.

16 Pulchritudo, & alia huiusmodi corporis bona, multarum bonarum rerum efficientia.

17 Diuitiæ, quia
- Virtus est possessionis.
- Multas res efficiendi vim habent.

18 Amici, qui
- Propter se expetendi sunt.
- Multorum cõmodorum nobis auctores sunt.

19 Honor, &,
20 Gloria, nã &
- Iuçundi.
- Plurimarum bonarum rerũ conficientes sunt.
- Plerunq; ea in se habẽt, pp quæ homines honorãtur.

21 Facultas quædã naturalis
- Dicẽdi.
- Agendi.

Quia eiusmodi omnia agendi vim habent.

22 Acumen ingenij.
23 Memoria.
24 Docilitas.
25 Mentis præstantia.
26 Scientiæ omnes, &
27 Artes.

Quia facultates hæ bona efficiendi vim habent.

28 Ipsum viuere. quod si nullum aliud bonum sequeretur, per se ipsum tamen expetendũ est.

29 Aequum ac Iustum; quia bonum commune est.

DE GENERE

Bona incerta, vnde exiſtunt probabiles Argument.

In bonis cõtrouerſis, ex his ſyllogiſmi exiſtunt.

1 Cui contrarium eſt malum, & illud bonum.

2 Cuius contrarium prodeſt hoſtibus. Vt, ſi hoſtib. maxime conducit nos timidos eſſe, perſpicuum eſt Fortitudinem maxime vtilem eſſe ciuibus.

3 Cuius contrarium hoſtes velint, aut, cum factum eſt, gaudent; id bono nobis eſſe videtur. quod tamen perpetuum non eſt. incidunt enim quandoque huiuſmodi tempora, ut idem vtriſque proſit. vnde illa vox fluxit: Cogere mortales infortunia ac mala.

4 Quod eſſe nimium nunquam poteſt. Quod enim maius eſt, quàm oportet, malum eſt.

5 Cuius cauſa multi labores ſuſcepti ſunt, aut multi ſumptus facti. Speciem enim boni habet, & tanquam finis iam exiſtimatur, & finis quidem multarum ærumnarum ac moleſtiarum. Omne autem, quod finis rationem habet, bonum eſt.

6 Quod multi expetunt: quodque vt obtineant, non dubitant cum alijs pugnare. Quod enim multi expetunt, id bonum exiſtimari debet. Multi autem, tanquam, Omnes, vulgo capiuntur.

7 Quod laudabile eſt. Nemo enim, quod bonum non ſit, laudat.

8 Quod vel hoſtes & peruerſi homines laudant. In quo omnes conſentire videntur.

9 Quod prudentium & bonorum virorum quiſpiam, vel feminarum prætulit: Vt Vlyſſem Minerua, Helenam Theſeus, Alexandrum Deæ, Achillem Homerus.

10 Quæcunque præferri ſolent in rebus ſuſcipiendis. Sunt autem ea, quæ ſupra expoſita ſunt.

11 Quæ inimicis malo ſunt, amicis bono.

12 Quæ fieri poſſunt. Ea duobus modis capiuntur. & quæ
- Non ſine magnis laborib. moleſtijſque aliquando tamen conficiuntur. Difficile enim definitur aut
  - Dolore.
  - Diuturnitate tẽporis.
- Procliuiter, nulloq; negocio fiunt. Facilia vero ſunt, q̃ fiunt aut
  - Sine moleſtia.
  - Paruo tempore.

13 Quod fit, ut homines volunt. Volunt autem malum aut
- Nullum.
- Minus bono: ideſt, quod à bono ſuperetur. Quod fiet, ſi pœna, quam ſecum non purum illud bonum portat, aut
  - Nos fefellerit.
  - Puſilla erit.

14 Quæ alicuius propria ſunt. Vt Iunonis, nuptiæ.

15 Quæ nullo ſocio quiſpiam poſsidet.

DELIBERATIVO.

Bona incerta.

16 Quæ præſtant reliquis eiuſdem generis rebus. Sic enim in maiore honore habentur.

17 Quæ ipſis congruunt vel { Familiæ iure. / Facultate viribusq;. } Vt Aiaci arma Achillis.

18 Quibus ſe putant indigere, quãuis res exiguæ ſint. Nec enim minus hæc agere optant.

19 Quæ non magno labore confici & ad exitum perduci poſſunt. Effici enim poſſunt, vt quæ procliuia ſint. Ea vero ſunt, quæ præſtiterunt vel { Omnes. / Multi. / Pares ſimilesq;. / Inferiores nobis. }

20 Quæ contigerunt { Amicis grata. / Inimicis moleſta. }

21 Quæcunque agere ſolent ij quos admiramur.

22 Ad quæ nati aptiq; videntur. Facilius enim ſe rem præclare confecturos putant, freti ſcilicet ingenij acumine, & earum rerum experientia.

23 Quæ nemo parui precij homo attingit. Sunt enim hæc maiori laude digna.

24 Quæ cupiunt. Hæc enim videntur & { Iucunda. / Meliora. }

25 Quæ ſinguli in primis expetunt, ſtudioq; in vita perſequũtur, ſic, ut inde tales appellentur, id eſt cupidi amatoresq; ipſarum illarum rerum, Vt { Studioſi victoriæ, ſi victoria potiri poterunt. / Auidi honoris, ſi honor ipſis aderit. / Auari, ſi pecuniam cogere poſsint. Eodemque modo & ceteri. }

De collatione bonorum inter ſe.

Quædam hic prius explicantur, & tanquam Propoſitiões (vt Dialectici vocant) maximæ præmittuntur: quib. cognitis res oĩs facilius percipi poſsit.

1 Præſtans eſt tantum, quantum ſuperatum eſt, & amplius. Superatum autem, quod in eo incluſum eſt.

2 Maius (quod de quanto illo dici conſueuit, quod Græci συνεχὲς appellant.)

3 Plus (quod de eo dici conſueuit, quod Græci διωρισμένον, Latini definitum deiunctumq;

} Referuntur ad Minus.

4 Magnum, Paruum / 5 Multum, Paucum } conferũtur cum multorum { Magnitudine, / Multitudine, } Quandoquidem

6 Magnum multis præſtat: Paruum ſuperatur.

7 Præſtant numero, multa. Superantur pauca.

DE GENERE

Collationes bonorum inter ſe.

1 Quæ plura ſunt vno aut paucioribus, adnumerato vno aut paucioribus, maius bonum eſt. Præſtat enim. quod vero ineſt, ſuperatur ac vincitur.

2 Si, quod maximum eſt aliquo in genere ſpecie'ue, maximo alio in genere ſpecie'ue præſtat: & genus ſimpliciter generi, & ſpecies ſpeciei præſtabit. Et contra: Si genus ſimpliciter aliquod ſpecies'ue generi alij ſpeciei'ue præſtat: & quod maximum in genere illo ſiue ſpecie eſt, præſtabit ei, quod maximum in alio illo genere ſiue ſpecie eſt; Vt, ſi maximus vir maxima muliere maior eſt: & ſimpliciter, Viri mulieribus maiores. Contraq;: Si viri mulieribus ſimpliciter maiores, & maximus vir maxima muliere maior. Eandem enim ſeruat rationem exuperantia generum & eorum, quæ maxima in generibus ſunt.

3 Cum aliqua res ab aliqua ſeiuncta eſſe non poteſt, ſed ei comitatur; contra autem non fit: quæ ſecum illam trahit, melior eſt. Comitatur autē aut
- Quod eodem tēpore & ipſum, & quod comitatur, ſint: Vt Valetudo & vita.
- Quod deinceps conſequatur: Vt Scire poſteaquàm didiceris.
- Poteſtate ac ui. Vſus enim eius, quod conſequitur, incluſus eſt ac latet in vſu tractationeq; alterius. Vt, Qui è ſacro loco, is etiam è prophano ſurriperet.

Maiora bona

4 Cum duo, aut plura ſint, quæ rem eandem ſuperent, maius erit, quod maiori ex parte ſuperabit.

5 Quæ maioris boni efficientia ſunt, maiora & ipſa bona ſunt. Inde enim proficiſcitur maioris boni efficiens ipſum eſſe. Contraq; ————————————————

6 Cuius efficiens maius bonum eſt, id etiam maius bonum eſt. Si enim ſalubre magis expetendum eſt iucundo, ac maius bonum, quæ efficientes res ſunt: & ſanitas corporis voluptate, quæ inde effectæ ſunt, maior meliorq; res erit.

7 Quod propter ſe expetendum eſt, anteponendum ei, quod propter ſe non eſt expetendum: Vt Robur rebus ſalubribus. Hæ enim non propter ſe: illud propter ſe expetitur. quod ex natura boni eſt.

8 Si eorum alterum finis eſt, alterum vero minime. Hoc enim alterius, illud ſuiipſius gratia expetitur: Vt Cum corpus exercetur, ut eiuſdem bona habitudo conſequatur.

9 Quod minus eget alio ſiue alijs. αὐταρκέστερον γάρ. Minus autem eget, quod eget aut ——
- Paucioribus.
- Facilioribus.

DELIBERATIVO.

Collationes bonorum inter se.

10 Cum duarum rerum altera sine altera non fuerit, aut contingere nullo pacto potest vt vnquam fiat; altera vero sine illa manet: posterior hæc melior videtur. Multum enim retinet naturæ eius, quod se vno contentum est, id quod non eget alio. quare speciem habet maioris boni.

11 Quod principium rei cuiusquam est, potius, quàm quod non est principium.

12 Quod est causa, potius, quàm quod non est causa. Idem enim pondus initium & causa habent. neque enim sine alterutro illorum quicquam aut esse, aut contingere vt aliquando factum sit, potest.

13 Cum duo quædam principia aliarum rerum sunt, in existimanda earum rerum potestate, quæ inde proficiscuntur, animaduertenda principiorum uis. Quod enim à maiore principio proficiscitur, semper maius est.

14 Duarum rerum effectarum quæ à maiori causa nascitur, maior & ipsa est.

15 Duorum principiorum quod maioris rei principium est, maius erit.

16 Duarum causarum quæ maioris rei est effectrix, ea sine dubio maior causa erit.

Ex his, quæ tradita sunt, perspicuum est vtroque modo videri posse quidquam maius esse, magnamq; copiam argumentandi hinc elici. ——————

Si enim principium alterum est, alterum vero non principium: quod principium est, videbitur maius esse. Contraq;——————

Si non principium hoc est, alterum vero principium. Quod enim vltimum finisq; est, maius est, non quod principium. Principia enim rerum imbecilla esse consueuerunt: Vt Leodamas cum Callistratum in iudicium vocasset, inquit, apud eum, qui consilium dederat, magis culpam manere. Neque enim improbum illud facinus vnquam susceptum fuisset, nisi eius auctor consiliariusq; Callistratus extitisset. Cum vero Chabriam accusauit, qui peregerat, in eo omnem culpam positam esse inquit: Nihil enim incommodi gigni potuisse ab eo, qui improbe suaserat: neque malum ipsius consilium ad exitum vnquam perduci, nisi esset inuentus, qui faceret. Nam si desunt, qui rem ad exitum perducant, inanis irritaq; esset omnis deliberatio.

17 Quod rarius est, eo quod abundat. Vt Aurum ferro honoratius, maiusq; bonum est, quamuis minores vtilitates præbeat. id autem ob eam causam, quòd ob paucitatem magis æstimatur, arduaq; omnino res est illud comparare. Alio autem modo ———

DE GENERE

Collationes bonorum inter se.

18 Quod abundat, eo quod rarius inuenitur, maius bonum est. Vt enim in hoc precium vincit, sic in illo vsus. quod enim sæpenumero commodum affert, superat id, quod raro aut nunquam vtile est. vnde dicitur, Aquam esse optimam.

19 Difficilius procliuiore. Quia est rarius. Diuersa autem ratione ——

20 Procliuius difficiliore. Vt enim volumus & optamus, se habet.

21 Cuius contrarium maius malum est, id alteri bonitate præstabit. Exempli gratia: Valetudo ac diuitiæ, quæ ambo bona sunt: contraria eorum morbus & paupertas. maius autem malum corporis morbus, quàm paupertas. Valetudo igitur præstat diuitijs.

22 Maius bonum id est, quo si orbatus sis, magis plecteris. Exemplo erit aspectus & auditus, quæ bona sunt. orbitates autem ipsorum cæcitas & surditas. perspicuum autem peius cæcitatem esse. Quare Aspectus auditu maius bonum est.

23 Virtus non virtute, maius bonum est: & Vitium non vitio maius malum. Fines enim sunt, alia non fines. quod autem rationem habet finis, maiorem vim habet, siue bonus, siue malus ille sit, bonus adiuuandi, malus deprauandi.

24 Quorum opera honestiora aut turpiora erunt, ipsa quoque meliora aut peiora erunt. Vt, cum Fortitudinis opera honestiora splendidioraq; sint, quàm Temperantiæ; & Fortitudo ipsa melior Temperantia erit. Nec non, quia fœdiora Luxuriæ opera sunt, quàm Timiditatis; Luxuria peior Timiditate erit habenda.

25 Quorum vitia virtutesq; maiora sunt, & opera eorum maiora. Quia eiusdem naturæ sunt causæ ac principia, cuius euenta: sibique mutuo respondent. vt contra quoque; vt se habent euenta rerum, ita etiam causæ ac principia. Quæ superioris loci causa explicatioque est.

26 Quorum exuperantia magis expetenda aut melior, illa præstantiora sunt. Vt, Exquisite videre, magis expetendum, quàm eodem modo olfacere. etenim Aspectus olfactu præstantior. Et, Studiosum potius esse, appetentemq; sodalium, quàm pecuniarum, honestius. Quare studiũ acquirendorum sodalium, quàm pecuniarum, laudatius. Cõtraq;—

27 Meliorum superlationes, meliores: & honestiorum, honestiores.

28 Quorum cupiditates desideriaq; pulchriora siue meliora sunt, & res ipsæ honestiores siue meliores sunt. Maiores enim appetitiones desideriaq; maiorum rerum esse consueuerunt. Contraq; ——

29 Eæ cupiditates, quæ rei fuerint melioris honestiorisq;, erunt meliores & honestiores.

DELIBERATIVO.

Collationes bonorum inter ſe.

30 Quorum ſcientiæ pulchriores ſtudioſioresq; ſunt; & res ipſæ, quæ ab ipſis traduntur, pulchriores ſtudioſioresq; erunt. Vt enim ſcientia ſe habet, ita & verum, quod in rebus ipſis ſtratoq; ipſius eſt. Singulæ autem ſcientiæ ſtratum ſuum exponunt, neque è campo ſuo exeunt: vt quæ honeſtior ſit, honeſtiora tradat: hincq; honeſtius eius quoque ſtratum ſit. Contraq;: —

31 Rerum pulchriorum ſtudioſiorumq; ſcientiæ etiam ipſæ pulchriores ſtudioſioresq; erunt.

32 Id qđ prudẽtes, aut —
- Omnes.
- Multi.
- Plures.
- Præſtantiores.

vel
- Bonum
- Maius bonũ

au
- Iudicarẽt.
- Iudicarũt

Ita cenſendũ eſt eſſe aut
- Simpliciter, nõ magisq; ĩ hac re, q̃ in illa.
- Si èx ea arte cognitione; neq; cuius periti ſunt, iudicauere.

Id aũt etiã cũ alijs cõe ęſt. nã & quid & quantũ, & quale ſic ſe habet, vt ſcĩa prudẽtiaq; iudicaret. Sed nũc de reb. vtilib. atq. ea rõne bonis, locuti ſum⁹ traditũ.n.eſt id bonũ eẽ, qđ oẽs res, ſi attributa ipſis fuerit prudẽtia, bonũ eſſe iudicauerint. Cũ igitur bonũ tã facile intelligere prudẽtia, præditæ res queãt, prudẽtia qđ p̃ſtantius bonũ ſit, nullo labore diiudicare poterit.

33 Id quod melioribus adeſt, ſiue
- Simpliciter.
- Ea parte, qua meliora ſunt: Vt Fortitudo (quæ eſt animi) robore (quod eſt corporis) melior eſt.

34 Id, quod optaret vir melior aut
- Simpliciter.
- Ea parte, qua melior: Vt Iniuriam pati magis quàm facere. Hoc enim æquior vir optaret.

35 Id, quod iucundius, magis expetendum eſt, quàm minus iucundum. Voluptatem enim omnia ſectantur, & ipſius iucundi gratia appetunt. His enim bonum ac finis definitur. Iucundius autem id eſt, quod —
- Magis ægritudine vacuum erit.
- Diutius perdurarit.

36 Id, quod melius, magis expetendum eſt, quam minus bonum. Bonum enim ipſum eſt vel quod —
- Iucundum.
- Per ſe expetibile.

37 Illa meliora bona ſunt, quorum ſibiipſis homines aut amicis origo cauſaq; eſſe malunt. Contra autem, quorum minime iiſdem auctores eſſe volunt, maiora mala.

38 Diuturniora bona, breuioribus. Nam vſus horum præſtat tempore.

DE GENERE

Collationes bonorum inter se.

39 Stabiliora firmioraq; bona, minus stabilioribus. Nam vsus rei stabilis præsto est magis, cum volueris.

40 Quæcunque à coniugatis & similibus casibus consequuntur: Vt, Fortiter se gerere honestius est, ac magis expetendum, quàm temperanter. Et Fortitudo temperantia magis expetenda erit: Et Fortem esse, quàm temperantem.

41 Quod cuncti expetunt, quàm quod non cuncti: quodq; plures, quàm quod pauciores, magis expetendum est. Traditum enim est id bonum esse, quod omnes appetunt. Quare & id maius bonum est, quod magis omnes appetunt.

42 Id maius bonum existimãdum est, quod maius bonum esse, censuerint,
- Qui controuersantur. / Qui hostes sunt. — Quod enim hi melius iudicarint, perinde haberi debet, ac si omnes iudicarint. siquid enim reprehendi posset, ij potissimum reprehenderent.
- Qui statuunt de ea re. / Quos recte statuere posse iudicant, qui ei muneri ꝓpositi sunt. — Quod enim hi melius iudicarint, perinde est ac si qui in sua manu rem habent, & qui valde intelligentes eius sunt, iudicarint.

43 Nunc maius bonum est, id, cuius
- Omnes participes sunt, obtinere. Labem enim ac turpitudinem importat, participem nõ posse fieri peruulgatarum rerum.
- Nulli siue pauci participes sunt, obtinere. Quia quemadmodum rarum est, ideo maius bonum existimatur.

44 Laudabiliora, magis expetenda sunt. Honesta enim sunt.

45 Quibus maiores honores tribuuntur, ea maiora bona sunt. Est enim honor quasi precium atque æstimatio quædam eorum. Contraq;, quibus maiores pœnæ constitutæ sunt, illa maiora flagitia habenda sunt.

46 Quæ superant ea, quæ omnes magna consentiunt, aut etiam sine hac vniuersorum assensione, speciem magnorum præbent: maiora habenda sunt.

47 Res ipsæ dissectæ in partes, maiores vidẽtur, quàm si totæ aut spectarentur, aut audirentur. Apparet enim tunc, & quasi ponitur ante oculos exuperãtia pluriũ. Quare poeta quoque persua-

DELIBERATIVO.

Collationes bonorum inter se.

persuasisse Meleagro ait vxorem, vt in prœlium exiret, enumerantem quot accidant vrbe capta hominibus mala: Sternuntur populi, ignis concremat vrbem hostilis, trahuntur ab hostibus liberi.

48 Componere & superadstruere, rem auget. (Quod ab Epicharmo Siculo in amplificandis rebus fieri solebat) partim eadem de causa, qua diuisio; partim quoniam principium apparet magnorum quorundā ac causa.

49 Multum augent { Oportunitates temporum. Aetates. Loca. Tēpora. Vires. } Qđ.n. magis arduum est & rarū, maius est. Si.n. aliqd gesserit supra { Vires. Aetatem. Pares ipsi. } necnō si hoc { Modo, Loco, Tēpore, } id magnū videbitur, siue fuerit { Honestū. Bonum atq; vtile. Iustum. } Eadē ratio & contrariorū: vnde & elogium illud in Olympiornm victorē: Olim dorso gestans asperā fiscinā, Pisces ex Argis in oppidū Tegeam ferebā. Et Iphicrates, sutoris filius, se ipsum laudabat, predicans stirpis suæ humilitatē.

50 Innata atque insita, assumptis & aduentitijs præstantiora sunt. Vnde illud a Poeta dictum αὐτοδίδακτός δ᾽εἰμι. idest, Nullo magistro didici.

51 Magnæ alicuius rei maxima pars, maior meliorq; est ea, quę aut pusillæ rei maxima pars est, aut magnæ parua: Vt Pericles in funebri oratione dixit, iuuentutem raptam bello, ablatam esse è ciuitate, vt si quis ver ex anno auferret.

52 Quæ nobis vtilia sunt in grauiori tempore constitutis, ac maioribus angustijs oppresis, præponenda sunt illis, quæ bono nobis atque vsui sunt minori in re laborantibus: vt quæ senectute affectis, aut morbo oppresis accommodata sunt.

53 Si duo sint, quæ ad eundem finem referantur; quod propius fini est, eo quod remotius, magis expetendum. Vt, Ars equestris melior illa, quæ frena fabricatur; cum ambæ rem militarem adiuuent. propinquior enim illi equestris.

54 Quæ ipsi alicui bono sunt, proponenda ab eo illis, quæ simpliciter absoluteq; bona sunt: si commodum ei nullum importarent.

55 Si eorum, quæ inter se conferuntur, alterum fieri non posit, alterum vero posit: sumendum est, quod obtineri à nobis potest, altero, quod suscipere non possumus, posthabito ac relicto: quamuis illud sua vi melius præstātiusq; sit. Vt, In hominem cadit longinquitas vitæ, immortalitas non cadit: homini magis expetenda longinquitas vitæ quàm immortalitas.

56 Quæ in ipso fine vitæ manent, meliora ijs, quæ longo inde interuallo remota sunt, quamuis eodem

& ipsa

DE GENERE

Collationes bonorum inter se.

& ipsa referantur. Quæ enim fini proxima sunt, naturam magis sapiunt finis.

57 Quæ rei veritatem spectantes sumimus, anteponenda sunt ijs, quæ ad opinionem. Ea vero ad opinionem fiunt, quæ nemo sibi parare curaret, si illa clam omnibus futura existimaret. Hinc autem nonnullis accipere beneficium, quàm facere, præstantius videri posset. Commodo enim aliquo adiuuari, etiam si nemo sciat, bonum est. pecunia autem, aut aliqua huiuscemodi re quempiam sustentare, si omnes fallat, nihil in se boni habet: vt improbi non nulli ac ventosi homines censent.

58 Quæ vulgo magis homines optant esse, quàm videri: (ab occultis enim voluntatibus confirmari etiam aliquarum rerum exuperantia potest.) quòd huiuscemodi omnia ad veritatem magis accedant. Quare & iustitiam nonnulli affirmant tenuem pusillamq; rem esse. præstare enim videri iustum, quàm esse. quod tamen de bona valetudine ijdem non affirmant.

59 Quod ad multas res magis accommodatum est: vt quod & ad vitam & ad elegantem bonamq; vitam, & ad voluptatem conficiendam, & ad gerendas res honestas valet. vnde & diuitiæ, & firma corporis valetudo, maxima bona vulgo existimantur. quia omnes hos vsus suppeditant.

60 Quod est expers ægritudinis, & voluptatem adiunctam habet. Plura enim vno sunt. est enim illic & voluptas bonum, & indolentia.

61 Si adiungatur eidem rei nunc hoc, nunc aliud, fiatq: ipsa cumulata rebus ijs, quæ adponuntur, nunc magis expetenda, nunc minus: illud, cui adposita magis expetenda redditur, & ipsum magis expetendum est alijs, quæ eidem admota fuerunt. Exempli gratia, diuitijs adiungatur nunc virtus, nunc corporis sanitas. magis autem expetendæ diuitiæ coniunctæ cum virtute, quàm cum sanitate corporis. quare & virtus magis expetenda corporis sanitate.

62 Quæ cum præsentia adsunt, non fallerent, clamve vllo modo essent, maiora scilicet bona sunt, quàm quæ latere & non intelligi possunt. Ad veritatem enim huiuscemodi omnia magis tendunt atque eo feruntur. vnde locupletem esse, videri posset maius bonum, quàm existimari ac speciem tantum diuitis habere.

63 Id, quod carum alij quidem solum, alij vero cum alijs etiam rebus coniunctum habent. Quare non par pœna legibus constituitur, siquis oculum effoderit ei, qui alterum tantum habuerit, atque ei, qui neutro antea orbatus fuerit. cui enim calamitatis hoc contigit, ereptum est, quod maxime carum ipsi merito erat.

DELIBERATIVO.

Rerum publicarum genera.

Vt fides facile fiat, multum valebit ad persuadendos eos, qui deliberant, cognita habere Rerumpub. genera, & mores, atque instituta ipsarum: quæque prosint conducantq; statui illi ciuitatis, apud quē aliquis sententiam dicit, intelligere. Qui autem dicit, det operam, vt videatur —
- Vir bonus.
- Egregie erga repub. animatus.

Fides enim fit oratione tum ea, quæ —
- Argumentis nititur.
- Dicentis mores exprimit.

Rerum publicarum formæ sunt quatuor.
- 1 Status popularis, in quo sorte distribuuntur magistratus.
- 2 Status paucorum, in quo spectatur census.
- 2 Status optimorum, in quo qui disciplinam acceperunt, ciuitatem regunt. disciplinam intelligo legib. constitutam, quam legum latores probarunt. qui enim permanent in institutis ciuitatis, magistratus gerunt in statu optimatū. hos autem optimos censeri necesse est: vnde & nomen sumpserunt.
- 4 Status vnius. in quo vnus oīum rector ac dominus est. Duum autem generū est. Qui enim
  - Ordine administratur, Regnum.
  - Sine vllo præscripto, Tyrannis.

Finis
- Libertas.
- Diuitiæ.
- Quæ ad disciplinam eius ciuitatis legesque pertinent.
- Custodia.


DE GENERE

Demonſtratiui generis Finis.

In Genere Demonſtratiuo Finis eſt Honeſtum: à quo res ſumptæ
- Auctoritatem dictis noſtris acquirunt.
- In alio quopiam demonſtratæ valent ad eum ornandum. Laudamus autem vel
  - Quaſi per ludum,
  - Serio,
    - Deum,
    - Hominem,
    - Animalia,
    - Inanimata &c.

Propoſitiones propriæ, ab Honeſto.

Propoſitiones propriæ ab Honeſto ducuntur. Honeſtum autem eſt id
- Quod cum propter ſe expetendum ſit, laudabile fuerit.
- Quod cum bonum ſit, iucundum fuerit, quia ſcilicet bonum.



DEMONSTRATIVO.

Honesta.

2 A Virtute proficiscentia — { Signa siue πάθη: quorũ indicio intelligitur virtutem esse in aliquo; vt cicatrices,& eiusmodi,quæ sunt in { Fortitudine, honesta. / Iustitia, turpia. } / Opera. }

3 Quorum precium est honos & gloria.

4 In quibus honor magis expetitur, quàm pecuniæ.

5 Quæ agit quis ex ijs,quæ expetuntur, aliorum potius quàm sua causa.

6 Quæ sua vi omninoq; bona sunt: nec, vt aliquid ei,qui gerit illa,cõmodum afferant, fiunt; sæpiusq; detrimentum ac periculũ aliquod maius important: Vt,quæ pro salute ciuium & patria geruntur.

7 Quæ natura, bona sunt: Vt naturalis pulchritudo,non fucata: & aliæ huiusmodi res, quæ non labore & industria hominum, sed à natura obtinentur. honestiores enim cunctæ.

8 Quæ illi ipsi qui habet, fructum emolumentumque non afferunt: Vt pulchritudo corporis, qua alij fruuntur, non qui ea præditus est.

9 Quæ mortuo potius quàm viuo contingere possunt: Vt elogia,fana,& eiusmodi honores.Quæ enim viuo alicui accedunt, eumque adiuuant,magis ipsius gratia facta videri possunt, ac propriam aliquam ei vtilitatem apportare. quare dignitatem non afferunt.

10 Quæcunque opera factaque aliorum causa gesta sunt. Minus enim causa illius, qui agit, curata sunt.

11 Quæ non sibi sed alijs vtilitati sunt.

12 Quæ in eos, qui de te benemeriti sunt, confers. Iustum est enim.

13 Benefacta commodaque cuncta in alios collata. Neque enim ipsi fructum ferunt.

14 Contraria illorum,propter quæ erubescunt.Erubescunt autem propter res turpes,& cum eas loquuntur,& cum gerunt, & etiam aut dicturi iam aut acturi sunt. Vt Sappho dicenti Alcæo, se habere in animo velleq; ipsi quidpiam dicere, sed pudorem non sinere loqui: Si venisses,inquit,in bonarum rerum aut honestarum desiderium, nec lingua tua trepidasset, aliquid improbum prolatura: pudor profecto oculos tuos non occupasset: sed verba libere ac sine vllo timore fecisses de re quauis iusta.

15 De quibus anguntur homines, cum tamen ipsa non metuant. De bonis enim quæ ad gloriam tendunt, ita homines affici animo consueuerunt.

16 Virtutes eorum,qui natura meliores sunt,honestiores sunt,& vt virtutes,ita etiam facta. Vt cum viri le genus muliebri præstet, virorum virtutes ac facta honestiora, quàm mulierum sunt.

17 Virtutes illæ in primis honestæ sunt,quibus frui magis alij,quàm qui ipsis præditi sunt,queunt.Hæc enim causa est, cur & iustum,& iustitia honestum sit.& virtus enim ipsa, & quæ ab ea proficiscuntur, nedum vtilitatem vllam ferant,potius damno sunt. cum multa sæpe,quæ lucrari impune posset vir iustus, ne quid contra eam committat, non tangat.

18 Hostes potius vlcisci, quàm cum illis in gratiam redire. Iniurias enim compensare, vt beneficia, iustum quod autem iustum, idem etiam honestum.

DE GENERE

Honeſta.

19 Viri fortis officium eſt, non cedere, neque inferiorem ſe eſſe pati. Qui igitur inimicos vlciſcuntur, multis modis rem honeſtam faciunt.

20 Et victoria & honor è numero ſunt rerum honeſtarum. Sunt enim expetenda, quamuis fructum nullum ferant. præterea eximiam quandam virtutem declarant, ſeu potius virtutis exuperantiam.

21 Ea, quæ memoriam alicuius colunt, & famam extingui non patiuntur. necnon quæ magis huiuſcemodi, magis honeſta.

22 Quæ mortuo etiam alicui comitantur, nec vnà cum vita ipſius extinguntur.

23 Ea, quibus honos comitatur.

24 Eximia, quæque ſoli alicui adſunt: honeſtiora. Magis enim, quàm alia, omnium ſermone famaque celebrantur.

25 Prædia, ex quibus fructus nulli percipiantur, ſed quæ ad oblectandum animum, corpuſque reficiendum valeant; honeſta ſunt, & dignitatem domino afferunt. Sunt enim magis liberalis ac politi hominis propria, quàm contraria.

26 Quæ apud ſingulos populos ac gentes vigent, propriaque eorum ſunt, nec cum alijs communia, honeſta illic ſunt: Vt aſperitas victus, diſciplinæque ſeueritas Lacedæmone: Studia ſapientiæ ac cognitio rerum pulcherrimarum Athenis.

27 Cuncta illa, quæ indicia ſunt rerum apud ſingulas gentes laudatarum, in honoreque habitarum: Vt Lacedæmone comam alere, honeſtum: libertatis enim ſignum eſt: comatum enim hominem munus opuſque aliquod ſeruile adminiſtrare, difficile moleſtumque eſt.

28 Nullam artem exercere earum, quæ illiberales & ſordidæ habentur. Liberi enim hominis eſt, non ſeruire in vita commodis ac nutibus aliorum.

29 Proxima inhærentibus. tanquam eadem, non diuerſa ipſa ſint. & ad —
- Laudem, Vt ſi quis vocet
  - Fatuum, bonum virum.
  - Qui nulla iniuria commouetur, manſuetum. } ad laudem.
- Vituperationem. Vt ſi quis vocet
  - Cautum, timidum.
  - Fortem, inſidiatorem } ad vitupationẽ.

30 Quodlibet ab ijs, quæ conſequuntur, quod commendare perſonas illas aut res poſſit, quas ornare volumus. Vt ſi vocemus
- Iracundum & inſanum, aperti & ſimplicis ingenij hominem.
- Contumacem, magnificum ac grandem.

DEMONSTRATIVO.

Honesta.

31 Qui nimium alicuius rei habeant, eos dicemus mediocrem illam tenere, ac denique è summo ad medium eos reuocabimus, tanquam in ipsis virtutibus existenres, quæ in medio sedē habent suam. Vt

- Audacem, fortem.
- Prodigum, liberalem.

Sic enim multitudinem in errorem deduces. Fallacia enim huiuscemodi ratione tuā adiuuabit: Vt si dicas eos, q.

- Pericula etiam nō necessaria subeāt; multo magis, cū rès postulat, præclarū aliquod facinus ac dignitatis plenum factu ros.
- Rem familiarē temere effundunt, suis etiam facultatibus tenuitatē amicorum sustentaturos.

Nullo enim discrimine habito omnib9 prodesse, ab exuperātia quadam virtutis proficiscitur.

32 Quod in honore apud aliquam gentem est, honore dignum suaui dicendum est. Vt, cui honor habetur apud Scythas, aut Laconas, aut Philosophos: id vt apud omnes absoluteq; τίμιον proponendum: demumq́ue, quod in honore est, id ad honestum traducendum est. non magnnm enim interuallum inter ipsa interiectum est.

33 Quæcunque quempiam decebant, atque ab eo, vt generi ac disciplinæ factisque ipsius conuenientia expectabantur, honesta illi sunt: Vt si gesit res ———

- Dignas maioribus suis.
- Quæ respondeant veteribus ipsius, laude dignis, factis.

Est enim beatum honestumq;, parto iam honori honorem aggregare.

34 Si quis egit quidpiam præter id, quod decebat, hoc est supra spem aut expectationem, in meliorem tamen partem & honestiorem. Vt si cuius res

- Secundæ sint, sit ipse facilis.
- Malæ sint, sit ipse magnanimus.
- Opibus dignitateque auctæ, sit ipse melior placabiliorque.

Exēpla

- Iphicratis,
- Olympionicæ,
- Archedices.

35 Quod boni quis fecit, id eum studio ac diligenti eius animaduersione fecisse. Cum igitur aliquem laudamus, operam dare debemus, vt eum doceamus non temere fecisse, sed, vt res gesta ab eo est, ita gerere semper eum cogitasse ac voluisse. quia ex factis existit laus: proprium autem est studiosi viri, quod facit, facere selectu omnium rerum habito. Multum autem proderit, videri id illum crebro fecisse. Colligere igitur debemus, si quid etiam casu forteque recte ab eo vnquam factum est. Si enim multa, atque his, quæ laudamus, similia prolata fuerint; signum virtutis illa esse videbuntur, atque electionis.

DE GENERE

Laudationes.

In Demonstratiuo genere est:

- Επαινος, Laus. Oratio, quæ aperit, &, ignotam alijs declarat magnitudinem Virtutis. Demonstrare igitur oportet facta ipsius, quem laudamus, à Virtute profecta.
- Εγκώμιον, Laudatio. Cũ laudamus eum, qui ——
  - Res magnas iam & præclaras gessit, quæ indicia sunt Virtutis, quæ in ipso vigeat. Ad quas comprobandas assumuntur etiam ea, quæ circa sunt. Vt
    - Honestis parẽtibus natum esse.
    - Sanctè domi educatum.
    - Bonam disciplinam à magistris accepisse.
    - Verisimile enim est
      - E bonis parentibus nasci bonos filios.
      - Ita eductum, eiusmodi esse.
  - Nullum adhuc memorabile facinus fecit: dum tamen eum talem esse credamus, qui agere aliquando possit.
- Μακαρισμός, Felicitatio. & Ευδαιμονισμός. Beatio. quæ complectitur vtrunque & —— Επαινον, Εγκώμιον, non aliter quàm Beatitudo Virtutem.

Demonstratiuum genus partem communẽ habet cum Deliberatiuo. vt si

- Ex Præceptionibus Laudationes fiant. Vt, Magnos gerens spiritus non ob ea, quæ beneficio Fortunæ obtinuerat, verum ob ea, quæ in se constituta habeat.
- Laudationes in Præceptiones connertantur. Vt, Non decet magnos spiritus gerere ob bona, quæ accepta sunt à Fortuna, verum ob illa, quæ in se ipso posita sunt.
- Harum sententiarum altera
  - Ait.
  - Negat.

In Demonstratiuum genus cõmode cadit Amplificatio. Res.n. certas sumũt. quas augere & ornare oportet. Vt si

- Solus gessit: aut
- Primus: aut
- Cum paucis: aut
- Potissimum: aut
- Difficili tempore præter expectationem: Item
- Sæpius (non enim casu aut fortuna). Vide in Honestis, 36.
- Quibus ad Virtutem inflammamur, & quibus honoramur: hæc ab eo inuenta constitutaque sunt.
- Primus adeptus est
  - Laudationem publicam, vt Hippolochus.
  - Statuã in foro, vt
    - Harmodius.
    - Aristogitõ.
- Eodemq; modo in contrarijs.

Si horum copia non erit, adhibebitur Comparatio, conferemusq; aut cum
- Illustribus.
- Quibus poterimus.

IVDICIALI.

In genere Iudiciali non ſatis eſt oſtendere rem ita ſe habere, ſed ſæpe proprijs cauſæ relictis rebus præſtat aucupari Iudicem, atque excipere animum ipſius. quod facile fit ratione mouendorum affectuum. de alienis enim rebus iudicium eſt. quo fit, vt commodum ſuum ſpectantes Iudices, & ad gratiam audientes controuerſantibus largiantur, non autem iudicent.

Iniuria.

- In genere Iudiciali conſideratur Iniuria, quæ eſt nocere alicui —
  - Spōte, hoc eſt —
    - Scientem.
    - Non coactum.
    - Quæ autē
      - Sponte, non continuo conſiderate omnia.
      - Conſiderate & adhibito ſelectu, ea omnia ſponte
      - Facere conſueuerunt homines.
  - Contra Leges. quarum alia —
    - Communis, ideſt cuncta, quæ quamuis litteris mandata non ſint, ab omni tamen gente conſenſu quodam probata confirmataq; videntur.
    - Propria, quam ſcriptam homines ſeruant.

Propoſitiones propriæ.

- Ad iniuriam faciēdam homines impelluntur aut —
  - Vitio.
  - Incontinentia.
  - Si qui enim ſingulis cupiditatibus aut pluribus rapiuntur: ad quas res propenſi ſunt, in illis iniurioſi eſſe ſolent: Vt
    - Auarus, in quærenda pecunia.
    - Intemperans, in corporis voluptatibus comparandis explendisq;.
    - Mollis, in amplexando ocio.
    - Timidus, pericula nimis reformidans, ac propter metum deſerens ſocium.
    - Ambitioſus, in conſequendis honoribus.
    - Acutæ bilis homo, in iraſcendo.
    - Victoriæ ſtudioſus, in ea appetenda.
    - Amarus acerbusque, in pœnis capiendis ab inimicis.
    - Stultus, in ignorando æquo & iniquo.
    - Impudens, in parui faciendo, quid de ſe homines ſentiant ac loquantur.
    - Hæc quidē perſpicua erunt partim ex ijs, quæ —
      - Dicta ſunt de Virtutibus. pag. 20.
      - Dicentur, cū de Animi affectibus diſputabimus. lib. 2.

Ratio tripartita.

Quænam ſint & quot, quæ vt conſequantur homines, iniuriam faciunt.	Quomodo ipſi affecti iniuſte lædant.	Quos qualesve lædant.
✣ 26	Θ 33	Q> 34

Hinc eruitur ſtatus coniecturalis.

DE GENERE

Quænam sint ea, quæ vel
- Appetentes
- Fugientes

nō dubitamus quempiam in iuria afficere. Quæ ostendet
- Accusator, in reo plurima inueniri.
- Defensor, ab reo abesse.

* Faciunt hoīes omnia, vel
- Nō spōte, hoc est. Nō per seipsos, sed partim
  - Fortuna interueniente.
  - Necessitate ipsis imposita, hoc est aut
    - Vi externa adhibita.
    - Natura impellente.
- Sponte, hoc est. Per seipsos, partim
  - Ex consuetudine.
  - Propter appetitū, vel rationis
    - Compotem, bonum appetentem.
    - Exptem
      - Irā.
      - Cupiditatem.

  Hæc vero oīa sunt aut
  - Bona 9
    - Verò
    - Specie tenus.

    Huc adde
    - Depulsionem
      - Malorum.
      - Falso creditorum malorum.
    - Reiecto maiore malo, minoris sumptionem.
  - Iucūda 27
    - Verò
    - Specie tenus.

    Huc adde
    - Depulsionem rerum
      - Asperarū.
      - Creditarū asperarū.
    - Reiectis magis asperis, minus asperæ electionem.

* Septem igitur sunt res, quæ ad omnia facienda inducunt homines cuiusuis — Aetatis, Cōditionis, Habitus animi.

1 Fortuna, à qua gignuntur ea, quæ neque
- Habent
  - Definitam causam.
  - Finem certum.
- Fiunt
  - Semper.
  - Plerunque.
  - Ordinate.

2 Natura à qua fiunt ea omnia, quorum causa
- In ipsis constituta est.
- Certum ordinem seruat
  - Semper.
  - Plerunque.

3 Vis, qua fiunt ea, quæcunque ab hominibus geruntur contra
- Eorum cupiditatem.
- Subductam ab illis rationem alicuius commodi.

4 Consuetudo, cum ea fiunt, quæ præteritis tpibus sæpe numero fieri consueuerunt. Ea autem, & si natura non sunt, fieri tamen solent suauia.

5 Ratio, qua fiunt, quæ
- Speciem vtilitatis in se habent de numero Bonorum supra explicatorū, siue illa appetantur; Vt
  - Vltima finesq;.
  - Quæ fines adiuuent, & ad eos perducant.
- Ob vtilitatem ipsam adipiscendam vsurpantur. Quædam enim intemperantes etiam homines faciunt, quæ prosunt: qui tamen fructum sibi aliquem primo non proposuerunt, sed hortante libidine res illas aggressi sunt, ex quibus vtilitas postea, nec sperantibus nec cupientibus, exorta est.

6 Ira propter quam fieri dicuntur ea, quæ, vt pœnas infligant ijs, qui ipsos læserunt, homines faciunt. Ea vero sunt Iucunda. Differunt tamen inter se
- Τιμωρία, quæ eius, qui dolorem suum vlciscitur, causa manet: vt animo ipsius satisfiat, & sitim ille expleat, qua tenebatur, puniendi inimicum.
- Κόλασις, quæ illius gratia, cui dolor inuritur, est: vt scilicet plagis illis monitus peccare desinat.

In quibus rebus excitetur Ira, perspicuū erit, vbi agetur de Affectionibus animi. lib. 2.

7 Cupiditas, propter quam homines facere dicuntur ea, quæ speciem præseferunt suauitatis.

IVDICIALI.

Iucunda.

Definienda est primo Voluptas. Vbi existimandæ sunt huic scriptioni satis idoneæ illæ Definitiones, quæ de singulis rebus prolatæ fuerint neq; { Obscure, Exquisite.

Ponatur autem Voluptatem esse — { Motum quendam animi. Conformationē, quæ momento temporis fit: qua in propriam naturam animās, vnde deiecta sit, referatur. } Si huiusmodi quidpiā Voluptas est: necesse est, quod status affectionisq; huius in hoībus efficiēs est, id Iucundum sit. } Contra, quod { Ipsam perdit. Contrariū motum inducit. } triste & odiosum.

Propositiones propriæ.

Iucunda {

1 Naturalibus corporis muneribus fungi. Hoc plerunque fit iucundum.

2 Consuetudo, vsitatæq; res. Quod enim consuetudine quadam fit, cuique assueti sumus, est tanquam innatum nobis insitumque à natura. Consuetudo enim, naturæ assimilis quædam res est. Quod enim crebro fit, non magno interuallo distat ab eo, quod semper fit. Quæ autē fiunt { Semper, natura duce; Crebro, consuetudine } fiunt.

3 Quod vi nō fit. Vis enim aduersatur naturæ. Quare, quæ necessitate hoīes faciunt, odiosa molestaq; ipsis sūt. violēta enim sunt. Recte igitur Euenus dixit, omne quod necessitate imposita gerūt aut perpetiuntur, molestum esse atque ægritudinem importare. Cuiusmodi sunt — { Cessatio { Animi. Corporis. } Incuria. Lusus. Quies. Somnus. Horum enim nullum violentum. } Contra vero, molesta — { Contentio. Sedulitas. Diligentia. Labor. Vigilia. Hęc violenta. } Quę tamen iucūda facit consuetudo.

}

Iucunda.

- 4 Id, cuius cupiditate tenemur, iucundum omne sit necesse est. Cupiditas enim est rei iucundæ appetitio. Cupiditatum aliæ rationis
  - Expertes, quas non iudicio suscepimus, neque quòd eas res nobis accommodatas opinemur. Hæ autem sunt, quæ à natura nobis insitæ esse dicuntur. cuius generis sunt, quę propter vsum corporis nobis hærent. Vt
    - Alimenti quod desiderat: Sitis, Fames.
    - Huius aut illius cibi, qui cuiusq; naturæ aptus accommodatusq; sit, appetitio.
    - Quæ gustatus sentit.
    - Veneria.
    - Quibus tangendo corpus titillatur.
    - Olfactu, Auditu, Visu: iucunda.
  - Participes. Quæcunque enim cupiunt homines, oratione alicuius persuasi; illæ cupiditates compotes rationes dicuntur. optant enim multa homines & spectare & parare, cum ea ab alijs laudari audiunt, fidemque illorum dictis habent.
- 5 Affectus ille, quo sentimus præsentia.
- 6 Phātasia (quæ est sensus quidam infirmus) dum
  - Recordamur præterita, quæ fuerūt, aut
    - Iucunda. Vt cum
      - Feruore febris vrimur, & siti premimur, si recordati fuerimus nos aliquando bibisse, speramusque futurum vt bibamus.
      - Amamus, & deamoribus nostris vel: Loquimur, Scribimus, Pangimus: Cum enim vigeat apud nos rei amatæ memoria, quasi sentire nos eam putamus. Et amoris hæc omnibus origo est: tuncque homines iam amare intelliguntur, quando non præsentibus tantum, sed absentibus etiā delicijs suis vel ex illarum
        - Recordatióe gaudent.
        - Absentia tristantur.
      - Lugemus & lamentamur. Nascitur enim ex illius, qui morte sublatús est
        - Desiderio ægritudo.
        - Recordatione & prope a spectu lætitia.
        - Quare & hoc dictum est ab Homero: Sic fatus est: & in animis omniū qui aderant, excitauit desideriū effusæ lamētationis.
    - Iniucunda. ex quibus partum est aliquod
      - Honestum.
      - Commodum.
      - Iucundum enim est & malo aliquo carere. Vnde illud: Delectat sed enim memor est quicunque pericli. Et, Post mala lætatur, memor est quicunque pericli.
  - Speramus futura. Quæ cum adsunt, videntur
    - Lætitia afficere.
    - Commodum importare
      - Magnum.
      - Mediocre: ab omni tamen molestia seiunctum. Vnde &
- 7 Irasci, iucundum: propter vlciscendi spem. Ira enim (vt scribit Homerus) multo suauior stillante melle in hominum pectoribus gliscit. Nemo autem irascitur ei, quem aut
  - Nullo modo putat se, aliquam occasionē nactum, vlcisci posse.
  - Se opibus potentiaq; superiorem esse intelligit.
  - His enim aut
    - Non irascuntur.
    - Remissius irascuntur.
  - Et

IVDICIALI.

Iucunda.

8 Vlcisci inimicum, suaue est. Omne enim, quod cupis,
- Nisi adipiscare, molestum est.
- Si adipiscaris, iucundum erit.

Irati vero
- Dolent vehementer, si vlcisci nequeant.
- Gaudent, cum sperāt fore, vt eum puniant.

9 Vincere, suaue est, nō tātum victoriæ studiosis, sed omnibus. Concipitur.n. in animis ipsorum huiuscemodi quædam de se opinio, vt præstare se ceteris putēt: cuius rei mortales omnes desidc io tenētur aut
- Leni.
- Acri.

Suaues sint igitur necesse est
- Lusus quidam vel
  - Leues ac nugatorij, in quibus
    - Prælij species quædam ac pugna exercetur.
    - Fistula cantuque contenditur.
    - Concertatorij omnes.
    - Ludus
      - Astragalorum.
      - Pilæ.
      - Aleæ.
      - Tesserarum.
  - Graues serijque, Vt
    - Venatio,
    - Aucupium,
    - Omnis ars captandi feras.

    Quæ omnia longa tractatione fiunt iucunda.
- Iudicialis labor.
- Ars illorum, qui in contentiosis disputationibus occupati sunt.

10 Honos, bonaq; existimatio inter rēs suauissimas numerari d̄bēt. Quia in animis eorum, qui vident se honorari, nascitur quædā cogitatio, huiuscemodiq; opinio, quòd sint
- Tales, quales habentur.
- Virtutis studiosi.

Maiori autē voluptate afficiūtur, cum cognouerīt se laudari ab ijs, quos putāt vere sentire, à
- Vicinis.
- Familiaribus.
- Notis.
- Ciuib.
- Viuentibus.
- Prudentibus.
- Multis.

potius q̄ à
- Longinquis.
- Alienis.
- Peregrinis.
- Nascituris.
- Imprudentib.
- Paucis.

Quorū enim existimationes laudesq; flocci non penderent, vt puerorum ac beluarū, ab his se honorari ipsius laudis gratia negligunt, Alia fortasse quędam tantā vim apud eos haberēt, vt eorum quoq; iudicia, quæ sua ui nihil valent, cara haberent.

DE GENERE

Iucunda.

11 Amicus, rerum iucundarum vna eſt. Diligere enim, iucundum eſt. Nemo enim vinum amat, niſi qui eo delectantur.

12 Diligi carumque eſſe alijs, iucundum eſt. Cogitet enim ſecum oportet, qui ſe diligi cernit, adeſſe ſibi hanc præclaram dotem, ꝙ vir bonus ſit. cuius rei, probitatis ſcilicet, vigentis in pectoribus ipſorum, modeſtique ingenij, cuncti auidi appetenteſque ſunt, qui eam intelligunt ac ſenſu quodam percipiunt.
Amari enim eſt, carum eſſe propter ſe non ob bona aliqua, quæ extra ſint, vt opes ac diuitias.

13 Admirationi eſſe, iucundum. Quia honos ita ipſis acquiritur.

14 Aſſentatorum ſtudia voceſque, necnon Aſſentator ipſe, res iucundæ ſunt.
Aſſentator enim ſpeciem habet —— { Admirantis. / Diligentis.

15 Eadem facere ſæpius, iucundum. Quod enim nobis familiare eſt, id etiam eſt iucundum.

16 Commutatio, res eſt iucunda. Commutari enim eſt in naturam reuerti, vnde iam deiectus ſis. Cum enim corpus bene conſtitutum eſt, naturaque ipſa viget: ſi idem ſemper admoueas, quamuis id non alienum ſit, corrumpas ſtatum illum: quia, quod nimium eſt, lædere conſueuit. Vnde dictum illud: Commutatio in primis dulcis eſt. Atque hæc cauſa eſt, cur quæ poſt temporis interuallum res fiunt, atque etiam homines, qui longis interiectis temporibus viſuntur, iucunditatem afferunt. præſentem enim ſtatum illum noſtrum conditionemque commutant, ac varietatem efficiunr. Simul autem ꝙ poſt interuallum temporis tractatur, rarum eſt. Rara autem grata ſunt, in precioq; habentur.

17 Diſcere, iucundum. Dum enim perdiſcunt, proficiſcuntur in eum ſtatum, qui ipſis naturalis eſt.

18 Admirari rem aliquam, plerunque delectat. In admiratione enim incluſa eſt cupiditas quædam perdiſcendi. quapropter omne, quod admirationem gignit, excitat deſiderium ſui cognoſcendi.

19 Quia diſcere, iucundum eſt, itemque admirari: huiuſcemodi quoque omnia iucunda ſint neceſſe eſt. Vt quod recte expreſſum imitatione fuerit vel —— { Pictura. / Statuaria. / Poetica. / Alijs modis. } Quamuis id, quod repræſentatum eſt, moleſtum ſit. Non enim ex aſpectu illius naturæ, conformationeq; membrorum aut partiū eius voluptatem capit: ſed ꝙ ſingula animaduertens, intelligit concluditque hoc illud eſſe. quare gignitur cognitio quædā: qđ voluptatem facere docuimus.

IVDICIALI.

Iucunda.

20 Benigne facere cupiam, — voluptatem in se habent. Hoc enim est — Possidere, quæ sibi vsui esse possint, & Eorum possessione præstare alteri. — Quæ ambo homines cupiunt.

21 Adiuuari ab alijs, — Adipisci, quod homines cupiunt.

22 Quia beneficia in alios conferre, iucundum est: iucundum etiam est peccantes corrigere, delictaq; aliorum emendare. Et

23 Absoluere suo labore ac sumptu, quæ qui dam à se inchoata perficere non potuerunt.

24 Ancipites varijque casus, (αἱ περιπέτειαι.) Cum scilicet repente quispiam è fortunato fit miser, è secundisque admodum rebus in valde aduersas labitur. Aut contra.

25 Euadere è periculis, quæ pene te oppresserint, est iucundum. Quia cuncta hæc admirabilia sunt.

26 Quoniam quod ex natura alicui est, iucundum ei esse contingit; ea vero, quæ sunt eiusdem generis, sibi ipsis sunt ex natura: omnia quæ eiusdem generis inter se sunt, assimiliaque sibi ipsis, iucunda mutuo sibi fere sunt: Vt homo homini, equus equo, iuuenis iuueni. Vnde & prouerbia illa fluxerunt, Aequalis æqualem delectat. Simile semper simili gaudet. Fera feram agnoscit. Graculus semper ad graculum.

27 Quia quod assimile est cognatumque, iucundum sibiipsi omne est; maxime autem vnicuique, vt cum seipso ita coniunctus sit, contingit: necesse est vniuersos homines amatores sui esse aut — Magis, hoc est acrius. / Minus, hoc est remissius. — Huiuscemodi enim omnia — Cognatum, / Assimile, / Ex natura, — vnicuiq; ad seipsum maxime sunt.

28 Cum planum factum sit omnes homines sui amatore ac studiosos esse, concedi etiam debet eisdem res suas iucundas esse, Vt — Opera, / Sententias. — Hinc fit, vt amet — Assentatores. / Amatores suos. / Honores, / Liberos: sunt enim ipsorum opus.

29 Inchoata perficere, iucundum. Fit enim iam ipsorum opus.

30 Quia regnare, res est suauissima: sapientem videri, suaue etiam est. Sapientia enim præditum esse, speciem habet imperij, & est quoddam regnare inter imperitiores. Sapientia autem est, multarum & admirabilium rerum scientia.

DE GENERE

Iucunda.

31 Quia homines fere auidi sunt honoris; necesse est, alios insimulare, ac peccantes coarguere iucundum sit.

32 Quo in studio existimat se quisque se ipso meliorem, vt nulla scilicet alia re tantum valeat; in eo assidue versari iucundum est. Quod & ab Euripide dictum est, Singulos homines in his artibus studijsque se ostentare, & ad ea toto animo ferri, maiorem diei partem in illis consumentes, in quibus ipsi se ipsis præstantiores sunt: vt semetipsos in illis tractandis vincant.

33 Quia { Ludus, | Relaxatio animi, | Risus, } rerum iucundarum est: necesse est ridicula iucunda sint, siue sint { Homines. | Sermones. | Facta. }

Quæ ad iocos ridiculaque pertinerent, explicauimus in libris de arte poetarum.

De his meminit etiam lib. 3. horum de artificio dicendi librorum pene ad extremum.

Quæ molesta sunt ægritudinemque afferunt, his cognitis obscura esse non possunt. Ex contrarijs enim rebus illa sumi perspicuum est.

IVDICIALI.

Quomodo affecti sint, qui iniuriam faciunt.

Θ Ad iniuriã faciẽdam propensi sunt ij,

- 1 Qui sperant
  - Rem posse { Effici. / A se effici. }
    - Criminib⁹ aduersi sunt, hoc est, in quos quæ ipsis obijciuntur, non quadrant, Vt
      - Imbecillem, verberasse.
      - Pauperem ac Deformem adulterium commisisse.
    - Ea, quæ valde illustri in loco & ante oculos posita sunt, violant ac surripiunt. Nulla enim maior diligentia his tuendis adhiberi consueuit: ꝙ nemo vnquam putaret omnino vllum tam audacẽ futurum, vt ijs, quæ oculis omnium custodiuntur, manus afferrent.
    - Aggrediuntur illa, quæ aut magnitudinem aut qualitatem eam habent, vt à nemine adhuc admissa sint. Hæc enim non cauent metuuntq; homines. Quæ enim fieri solita sunt, tantummodo reformidant homines, ac tanquam communes quotidianosq; morbos, ita peruulgatas iniurias dum suspectas habent, ac diligenter cauent, nouis interim inauditisq; sunt expositi.
  - Rem clam fore. Fallunt autem facile ij, qui
    - Eos aggrediuntur, ꝗ habent inimicos aut
      - Nullum. quia se ac suum caput illi non custodiunt.
      - Multos. quia verisimile nõ est eos id facturos fuisse in illos, qui se ac salutem suam valde munitam cura ac diligentia habeant.
    - Habent paratam excusationem. ꝙ nunquam aggressuri fuissent, quod efficere se non posse putarent.
    - Possunt, quæ sustulerunt, nullo negocio
      - Occulere,
      - Commutare,
      - In alium locum seponere,
      - Vendere.
  - Si forte facinus celare non potuerint, se posse
    - Depellere à se, ac remouere iudicij periculũ, facereq; ne causam dicant.
    - In longinquum tempus differre.
    - Corrumpere iudices.
  - Si forte à iudicibus pecunia mulctati fuerint, se
    - Facultatem habere
      - Pœnæ mulctæque depellendæ.
      - Dissolutionem in longinquum tẽpus differendæ.
    - Propter egestatem nihil amittere posse.
  - Si rem efficere potuerint,
    - Emolumenta { Aperta, / Magna, / Propinqua. }
    - Multas { Obscuras, / Pusillas, / Longinquas. }
  - Pœnam non esse parem commodo, quod inde capitur. Quod in se habere videtur tyrannis, vt æqualis animaduersio pœnaque non reperiatur tot tantisq; commodis, quæ in dominatione sunt.
  - Pro factis improbis, quæstus.
  - Pro pœnis ignominias tantum, sine vllo scilicet rei familiaris detrimento.
  - Ex factis improbis laudem aliquam. Vt si contingat eodem tempore, quo aliquem iniuria afficis, vlcisci veterem iniuriam, patri aut matri illatam. pœnæ vero sint aut pecunia, aut exilium, aut huiusmodi quiddam.
  - Cum sæpe antea aut { Fefellerint flagitijs admissis, / Si intellecti, in iudiciumq; vocati sunt eorum pœnas non dederint, } se rursus posse aut { Latere. / Iudicio elabi. }

DE GENERE

Quomodo affecti sint, qui iniuriam faciunt.

2 Qui fine consiliorum suorum crebro deiecti sunt. Vt sunt enim hominum ingenia, in huiuscemodi etiam rebus, vt in bellicis, reperiuntur nonnulli, qui fortunam belli rursus tentare cupiunt.

3 Quibus voluptas suauitasque, quæ ex eo facto oritur, continuo existit: quod autem ægre habet, postea rius. Eadem ratio vtilitatis est: sequunturque illi non voluptatem corporis, sed quæstum. Si enim lucrum statim consequatur, pœna autem multatioque bonorum sera est, non dubitant aggredi. Impotentes cupiditatum huiuscemodi homines sunt. qui se ab ijs omnibus, quæ sensus oblectant, abstinere nequeunt.

4 Quibus quod ægritudinem importat, præsens est, aut multa etiam, quæ patrimonium extenuat: quod autem delectat, aut rem auget, consequitur ac diuturnius est.

5 Qui videri possint aut
- Fecisse
  - Casu,
  - Necessitate,
  - Natura,
  - Consuetudine.
- Lapsi esse
  - Per imprudentiam.
  - Non scientes volentesque.

6 Qui impetrare possunt, vt non summo iure secum agatur, sed ex æquo & bono factum iudicetur.

7 Quicunque egestate alicuius rei laborant. Egentes autem appellantur, tum qui
- Rebus ad vitam necessarijs carent, vt pauperes.
- Superuacaneis non omnino abundant, Vt diuites.

8 Qui habentur
- Iustissimi. quod sperant se latere posse.
- Flagitiosissimi. quod nullam existimationis iacturam facere possunt.

Quos potissimum homines lædunt, quasq; ob causas.

Iniuriam facere solent potissimum ijs,

1 Qui ea possident, quibus ipsi careant, siue
- Ad res vitæ necessarias.
- Vt domum refertam habeant rebus nō necessarijs.
- Vt obscænis etiam voluptatibus expleantur.

2 Qui
- Longe absunt. quorum pœnæ, quas pro accepta iniuria important, tardæ seræq; sunt.
- Prope habitant. quorum expilatio velox est, citoque fructum fert.

3 Qui sunt
- Parum cauti.
- Parum diligentes in custodiendis rebus suis.
- Simplicis ingenij ac creduli.

Hos enim omnes nullum negocium est lædere, vt, qui etiam damnum intulerint, non intelligant. Sunt enim Mysorum præda, vt est in prouerbio.

4 Qui sunt inertes ac desides. Diligentia enim curaque non mediocri opus est, si quis quempiam in ius rapere vult, ac iudicio cum eo experiri.

IVDICIALI.

Quos potiſsimum homines lædunt, quasq; ob cauſas.

5 Qui ſunt verecundi, pudoriq; præter alios obnoxij. Neq; enim digladiari volunt de pecunia aut quæſtu.

6 Qui præteritis temporibus à multis læſi ſunt, nec vnquam cum illis de tot tantisq; iniurijs experiri cœperunt.

7 Quos violarunt
- Nunquam antea, — Vtriq; enim incauti opprimuntur: hi quia — Nunquam aliàs iniuriam acceperũt.
- Crebro prius, — Sperant, vltra ſe nõ iri læſum.

8 Qui
- Sunt infames,
- In crimen facile conijci poſſunt.
- Hi enim nec
  - Fidem facere poſſunt.
  - Iure experiri audent.
  - cuiuſmodi ſunt &
    - Quos multi oderunt.
    - Quibus multi inuident.

9 In quos tanquam anſam habent, quod aut
- Maiores ipſorũ, Ipſi illi, Amici eorum
- detrimẽtum aut
  - Attulerint,
  - Afferre voluerint
- aut
  - Ipſis.
  - Maiorib.
  - Ijs, quorum ſalutem carã habent.
- Vt enim in prouerbio eſt: Improbitas omni, tenui etiam cauſa contenta eſt, vt moribus ſuis vtatur.

10 Qui ſunt
- Amici. hos enim lædere, procliue eſt.
- Inimici. his enim nocere, iucundum.

11 Qui
- Ab amicis vacui ſunt.
- Non magnam habent facultatem dicendi.
- In rebus gerendis ſtrenui non ſunt.
- Hi enim infirmitatis ſuæ conſcij
  - Non tentant iniuriã acceptam vlciſci.
  - Facile placantur.
  - Nihil efficiunt.

12 Quibus vtile non eſt tempus terere expectantes donec
- Iudicium de ea re fiat.
- Ipſis multa diſſoluatur.
- Vt ſunt
  - Peregrini.
  - Agricolæ.

13 Qui
- In alios ſæpe iniurioſi & ipſi fuerunt.
- Huiuſcemodi iniurias, quales nunc patiuntur, attulerunt. Nam prope videntur nihil iniuriæ feciſſe qui alios violant eo genere iniuriæ, quo ipſi illi multos antea violarunt. Exempli gratia: Siquis petulantem hominem, & qui honeſtos probosq; viros contumelijs omnibus vexare con ſueuerit, cædat.

14 Qui male
- Fecerunt,
- Facere voluerunt,
- Facere volunt,
- Facturi creduntur.
- Eſt enim
  - Suaue,
  - Honeſtum,
  - Pene etiam æquum.

15 Quibus lædendis gratificabuntur aut
- Amicis.
- Ijs, quos admirantur.
- Amoribus ac delicijs ſuis.
- Dominis ſuis.
- Ijs,
  - In quibus ſpes ſuas collocatas habent.
  - A quibus ſperant ſe aliquid commodi ablaturos.

16 Quibus
- Crimina intulerint.
- Inimici infenſique, rupto amicitię fœdere, iam facti fuerint
- Hæc enim facientes pene iniuſte non facere videntur. Callippi exemplum in necando Dione.

17 Qui declinare id damnum malumque iam non poſſunt. Niſi enim ipſi læſerint, paulo tamen poſt ab alijs eandem iniuriam paſſuri ſunt. Aeneſidemi exemplum aduerſus Gelonem.

18 Quibus ſi iniuriam fecerint, multas res iuſtas poſtea facere poterũt, vt facile culpam illam emendaturi. Quod Iaſon Theſſalus aiebat, oportere eos iniuſte quædam facere, qui facultatem habere vellent multa iuſte gerendi.

DE GENERE

Res, in quibus maleficia committi soleant.

Res in quibus maleficia cōmitti soleāt.

1 Quæ { Cuncti, / Magna pars hominum } admittere consueuerunt. Sperant enim sibi veniam datū iri.

2 Quæ sublata aliunde, occuli facile possunt.

3 Quæ
- Cito absumuntur: Vt cibaria.
- Variari facile possunt commutata { Forma, / Colore, / Temperamento.
- Nullum negocium est multis locis ita abdere, vt non appareant. Huiusmodi enim sunt
  - Quæ facile huc & illuc comportantur.
  - Quæ paruis in latebris absconduntur.
  - Quorum indifferentia similiaq; antea iniuriæ auctor possidebat.

4 Quæ, qui iniuriam acceperint, pudet proferre: Vt contumeliæ impositæ { Vxoribus, / Personis ipsorum, / Filijs.

5 Obquæ siquis experiri vellet, in reprehensionem incideret, existimareturque nimis appetens esse litium. Huiusmodi vero sunt
- Leues minuteque iniuriæ acriter agitatæ.
- Quibus vulgo homines ignoscere cōsueuerūt.

Quæ æque aut inique faciunt homines.

Vt res Iuste Iniustæq; cognosci possint, spectare oportet

- Geminū Ius
  - Commune, quod vniuersi mortales sectātur
    - Naturæ vi,
    - Non pactione,
    - Non voluntatū cōmunione.

    Cuiusmodi ius manifesto percipitur intelligere Antigona Sophoclis, cum in fabula, cui ipsa nomen dedit, probare studuit æquum esse contra Regis etiam interdicta sepulturæ tradere Polynicem, tanquam natura id iustum foret. Non enim hodie herive in lucem hoc venit, sed semper viguit: nec mortalis quisquam est, qui sciat ex quo tempore ortum habuerit. Empedocles quoque in poemate suo, cum probare vellet non esse interficienda animantes, iustumque se abstinere ab earum nece esse doceret, non illius generis esse id ius affirmauit, quod gentibus quibusdam ratum sit, quibusdam contra non ratum, sed stabilioris alicuius longeq; patentioris, quod in omnes naturas, quæ elementa appellant, fusum ac dilatatum est. Quod etiam sensit Alcidamas in oratione sua Messeniaca.
  - Proprium, singulis ciuitatibus nationibusq; definitum. Id autem est vel
    - Scriptum.
    - Non scriptum

    Huic status conuenit { Definitiuus. / Iuridicialis.
- Personas duplices { Vniuersam ciuitatem. / Quosdā ciues } In quas peccant vel
  - Ignorantes & inuiti.
  - Sponte & scientes, partim { Electione. / Animi impetu.

IVDICIALI.

Ius proprium ſcriptum.

Vnde eruitur

Status Definitiuus.

- Quoniam ſæpe rē cōcedētes negant aut
  - Facti nomen, Vt ſe
    - Sustuliſſe, ſed ñ furtū cōmiſiſſe.
    - Priorē pcuſſiſſe, ſed cōtumelia ñ affeciſſe.
    - Coijſſe qdē, ſed adulterium nōcōmiſiſſe.
  - Rē, quæ noīe illo appellatur, à ſe factā, Vt
    - Furtum, nō ſacrilegium feciſſe.
    - Agrū ſe araſſe, at nō publicum.
    - Se collocutū cū hoſtibus, ſed ñ pdidiſſe.
- Propterea oportebit Definire quid ſit.
  - Furtum.
  - Iniuria.
  - Adulteriū
- ſiue reo crimē illud
  - Hærere,
  - Non hærere,
- oſtendere voluerimus. In oībus autem Quæſtionibus controuerſia ē, vtrū, q fecit, ſit vt
  - Iniuſtus ipro buſque.
  - Non iniuſtus.
- nā &
  - Prauitas animi.
  - Iniuſte aliqd agere
- poſita ſūt ī electione. Verbis vero ijs indicatur acpatentes: animi & electio. Qui enim cōcedit ſe aut
  - Furtum
  - Contumeliā
- feciſſe, dicere non pōt ſe—
  - Iniuſtum
  - Imprudentem
- feciſſe. Ea enim vis ē horū nominū vt declaret, q fecerūt &—
  - Volētes
  - Iudicio adhibito
- feciſſe. Neq; enim ſi—
  - Percuſſit, omnino cōtumeliam fecit; ſed ſi vt pposità ſibi aliquē finē adipiſceret. Vt ſi ex cōſilio fecit vt—
    - Eum ignominia afficeret
    - Ipſe ex eo facto voluptatē caperet.
  - Clā aliquid cepit furtū fecit ſed ſi id cōmiſit vt—
    - Rei illa dānū ei afferret.
    - Sibi rē illā vēdicaret.
- Eadē ratio eſt, reliquorum nominum, quæ horū eſſe dmōſtrata eſt.

DE GENERE

Ius proprium non scriptum.

Vnde eruitur

Status Qualitatis.

Aequorũ & iniquorũ factorũ, quæ scripto nõ cõtinentur, gña duo: quorum alterum –

- Naturale, quod eximiam vel
  - Virtuté – in se continet, quod si
    - Seruatur, – Laude, Honore, Præmijs – decoratur.
  - Vitium – in se continet, quod si
    - Negligitur, – Maculam, Dedecus – importat.
  - Vt
    - Bene de se merito – Gratiam habere. Beneficium referre.
    - Esse pronum ad subleuandos amicos.
- Aequum & bonum. quod in scripta lege omissum est. Quod euenit Legislatoribus partim –
  - Inuitis, cùm quidpiam eos fallit.
  - Cum nequeunt cuncta exquisite perscribere, sed coguntur in vniuerso scribere. Res tamen non ita se habet, sed plerũque. Necnon, quæ nimis molestum operosumq; negocium est, propter rerũ varietatem summamq;, explicare ac distinguere. Vt vulnerare ferro quali aut quanto. Deficeret enim prius vita hominem, quàm singula enumerasset. Si igitur res, de qua ferenda lex est, indefinita fuerit, & nihil certi statutiq; habeat, facere non potest Legislator, quin simpliciter & in vniuersum, nihil excipiens, de ea statuat. Quapropter si quis forte anulum in digito habens, manum sustulerit, ac percusserit quempiam; ex legis ille verbis affinis est culpæ, & iniuste facit. etenim ipsa generatim ferro cædere vetat: re ipsa veritateq; facti considerata, liberatur pœna, nec facit iniuste. Atque hoc est illud, quod appellatur ————

Aequum & bonum.

Definitio.

Si Aequi & boni naturam explanare potuimus, perspicuum est, quænam Aequa & bona sint. E definitione enim ipsius facile intelliguntur, &, vt hæc, ita etiam, quæ minime huiuscemodi sunt, & qui etiam in statuendo ius hoc non sequuntur. Sunt enim Aequa & bona cuncta facta, quorum auctoribus ignoscere oportet; veniaque, quamuis lapsi sint, videanturque contra leges commisisse, digni sunt.

Aequum & bonũ est

1 Non pari pœna digna statuere, quæ quis
   - Imprudenter peccauerit. Hoc appellatur ἁμάρτημα, cùm quis labitur fine suo, culpa tamen ipsi hæret. Vt, si hastam contorquens in aprum, socium non longe stantem vulnerauerit.
   - Sciens & intelligens quid ageret, non tamen lædendi consilio admisit. Hoc est ἀδίκημα. Vt, cum ira aut alia quapiam perturbatione animi commotus, re antea non deliberata, peccas.
   - Fortuito peccans, quempiam læserit. Hoc est ἀτύχημα, Vt, si, dum in aprum hastam contorques, aliquis extra periculum positus, momento temporis in medium se temere coniecit.

2 Humanæ naturæ imbecillitatique nostræ ignoscere.

3 Non legem ipsam, quidq; in ea scriptũ sit, attendere: sed ponere sibi ante oculos Legislatorem.

4 Non verba legis, verum sententiam eius, qui tulit, spectare.

5 Non factum ipsum spectare ac perpendere, quod in iudicium venit, sed consilium eius, qui fecerit, ac voluntatem.

6 Non ad partem tantum, sed ad totum integrumque factum respicere.

7 Non quis nunc, sed quis semper aut fere semper fuerit.

8 Recordari potius, in statuendo de aliqua persona, commodorum quàm incommodorum, quæ inde accepit, si non eodem animo semper aduersus eum ille fuit.

9 Recordari potius beneficiorum, quæ ab aliquo accepit, quàm quæ in eum contulit.

10 Acceptam iniuriam patienter ferre, non ad vlciscendum se parare.

11 Malle verbis, quàm factis, rem decerni.

12 Velle ab arbitris potius, quàm à iudicibus in foro, cõtrouersiam dijudicari. Nam
   - Arbiter sibi proponit æquum & bonum, eoq; oculos dirigit. qui nullam aliam ob causam inuentus excogitatusq; est, nisi vt Aequum ac bonum valeat, ac firmius robustiusque reddatur.
   - Iudex scriptam legem spectat.

IVDICIALI.

Maleficiorum inter se collationes.

Maleficia maiora

1 Maleficia sunt maiora, quæ à maiore animi improbitate vitioque proficiscuntur. Ideo minima interdum maxima habentur. Vt, Callistratus Melanopum accusabat, quòd tres dimidiatos obelos, Deo dicatos, fraude in negocio vsus, è templo clam sacelli ædificatoribus sustulerat. cum in rebus iustis contra euenire soleat. Minora enim flagitia superant maiora vi quadam. Quid enim non auderet, qui ob tam paruum lucrum sibi à scelere non temperat? Interdum igitur sic magna habetur iniuria, interdum ex magnitudine damni ponderatur.

2 Cui par pœna inueniri non potest.

3 Cui medicina aut remedium vllum adhiberi non potest. Arduum enim est medicinam aliquam parare, vel potius nullo modo parari potest.

4 Cuius, qui iniuriam passus est, iudicio pœnas capere, aut alia vlla ratione non potest. Est enim insanabile ac remedio caret. Pœna enim, quam capit, qui læsus est, animaduersioque in sontem, medicina est ac remedium mali, quod accepit. aliter enim illud restitui non potest.

5 Si, qui læsus est, quique iniuriam accepit, ipse in se ipsum grauiter animaduertit. Nam, si, qui omni culpa vacabat, tam acerbe se punitus est, multo maiore pena, qui facinus admisit, affici debet. Vt Sophocles in causa Euctemonis, qui, cum contumeliam sibi illatam ferre non posset, sibi manus attulit; interrogatus à iudicibus, quanti litem æstimaret, respondit, se non minoris æstimaturum, quàm pœna illa foret, qua, qui contumeliam acceperat, se ipsum multauerat.

6 Si facinus illud admisit
- Solus,
- Primus,
- Cum paucis.

7 Crebro eandem culpam admittere, rem auget.

8 Illud, quod coegit, vt quærerentur & inuenirentur remedia ac pœnæ. Vt Argis eos puniunt, qui sunt in causa, vt noua lex feratur, aut carcer ædificetur.

9 Maius flagitium, quod à belua potius, quàm ab homine, profectum videri potest.

10 Quod magis meditato ac longa animi prouisione factum est.

11 Quod in animis eorum, qui audiunt, potius metum, quàm misericordiam, excitat.

12 Vno facto multa iura violasse –
- Iusiurandum,
- Dextras,
- Fidem datam,
- Ius coniugij,

Est enim multorum flagitiorum exuperantia. Hæc oratores amplificare solent.

13 Quod flagitium illic admittitur, vbi supplicium de sontibus sumitur, aut vbi pœna legibus imponitur improbis atque iniustis. Cui rei affines sunt falsi testes. Quem enim hi locum à scelere vacuum relinquent, qui forum etiam contaminare non metuunt?

DE GENERE

Maleficiorum collationes inter se.

14 Quæ fœdiſsima ſunt: quibusque erubeſcere maxime conſuerunt.

15 Si hunc læſit, à quo beneficium acceperat.
Multis enim modis iniuſtus eſt, nam peccat quod { Damnum infert. / Non adiuuat, ac commoda eius auget.

16 Qui facit contra iura non ſcripta, magis iniuſtus eſt. Eſt enim officium melioris viri nullo metu ac neceſsitate coactum, probum eſſe. Quæ ſcriptis legibus continentur, neceſſariò ab improbis etiam, metu pœnæ ſeruantur. Quæ iura non ſcripta vetant, nulla formidine cuſtodiuntur, ſed à probis tantum viris, non metu coactis, ſed officio & honeſtate ductis, ſeruantur. Contraque etiam ——————

17 Qui contra iura ſcripta flagitij quidpiam admiſit, magis peccat. Qui enim aggreditur facinora, quæ terribilia ſunt, nec atroces illas pœnas, quas leges minantur, reformidat; quanto magis laberetur in illis, quæ nihil periculi, ſi negligantur, oſtentant.

IVDICIALI.

Probationes artis expertes.
quæ ſunt propriæ generis Iudic.

Leges | Teſtes | Pacta | Quæſtiones | Iuſiurandum.

Quomodo vtendum ſit Legib.

In curia: Suadendo, Diſſuadendo.

In foro: Accuſando, Defendendo.

Propoſitiones propriæ.

Contra Leges ſcriptas.

1 Qui aduerſantem cauſæ ſuæ legem aliquam ſcriptam habet, ad commune naturaleque ius confugiat: necnon æquo & bono, vt iuſtiore, vtatur.
2 Quòd mente ſententiaque optima, hoc eſt, non omnino ſcriptis legibus vtendum ſit.
3 Quòd Aequum & bonum, necnon communis Lex (ita autem vocamus naturæ ius) perpetuò manent, neque vnquam variantur. ſcriptæ vero Leges crebro immutantur. Quo intellecti illud apud Sophoclem in Antigona dictum eſt. (purgat enim illa ſe ac factum tuetur ſuum, ꝙ edictum Creontis regis neglexerit, legi autem naturæ obtemperarit.) Non enim hodie herive in lucem hoc venit, ſed ſemper viguit. Horum ego non debueram, vllius viri mentem reformidans: Et quæ ſequuntur.
4 Quod iuſtum id eſt, quod verum ac vtile ſit, non quod ſpeciem tantum huius rei habeat. Nullo igitur modo ea, quæ ſcripta eſt, legis nomine appellanda. Nec enim Legis officium facit: quia verum iuſtumque non complectitur, ſed quod vmbram tantum illius habet, ac ſimulatum verum & iuſtum eſt.
5 Quòd iudex eſt tanquam menſarius, vt quemadmodum ille diſtinguit verum aurum & adulterinum, ſic ipſe, omnibus diligenter perſpectis, verum iuſtum ſimulatumque ſecernat.
6 Quòd melioris viri eſt, non ſcriptis legibus, quàm ſcriptis vti & ſtare.
7 Si Lex, qua premimur, aliqua parte aduerſatur legi probatæ, aut etiam ſecum ipſa pugnat. Vt cum altera lex iubet rata eſſe, quæcunque homines inter ſe pepigerint; altera vetat pactiones fieri contra leges.
8 Si Lex eſt ambigua, vt liceat eam flectere, &, quocunque aliquis velit, diſtorquere. Videre enim tunc oportebit, ad vtram eorum verborum ſtructuram explicationemque conueniet ac quadrabit, aut iuſtum, aut vtile.
9 Si res, quæ cauſa, vt Lex illa ferretur, fuerunt, amplius non manent, ſed abierunt, Lex tamen adhuc ſeruatur: id notum faciendum eſt, pugnandumque in eo contra legem. rebus enim ipſis mutatis, videtur legem quoque mutari abrogarive debere.

Pro Legibus.

1 Si Legem nobiſcum habemus, tunc, vt facultatem aduerſario eripiamus aſtuta illa ratione labefactandi eam, aditumque hunc ipſi obſtruamus, dicere debemus, quod permiſſum eſt iudicibus exiſtimare lites γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ, (pag. 118.) non conceſſum illis eſſe, vt contra leges cauſas iudicent, ſed vt periurium euitent, ſi forte vis ac ſententia legis non bene ab ipſis percepta fuerit.
2 Quòd nemo ſumit abſolute vereque bonum, ſed quod ipſi bonum eſt.
3 Quòd nihil refert non latas leges vnquam fuiſſe, aut nullo nunc in vſu eſſe.
4 Quòd in alijs artibus non prodeſt callide malitioſeque aliquid contra medicum excogitare. Neque enim tantum detrimenti affert erratum aliquod ipſius, quantum mali importat praua conſuetudo, non parendi illi, quod in aliquo negocio imperium habet ac dominatur.
5 Quòd probatæ leges id maxime vetant, ne quis ſe legibus prudentiorem oſtendere ſtudeat.

DE GENERE

Iusiurandum.

Iurisiurandi ratio quadripartita est. Aut enim iusiurandum
- Dat, & capit ipse.
- Neq; dat, neq; capit.
- Dat, & non capit.
- Capit, & non dat.

Aliud etiam præter ea, quę tradita iam sunt, accurate videndum, si præteritis tpibus idem iusiurandum conceptum est, siue iurauerit
- Ipse.
- Aduersarius.

Propositiones propriæ.

Non defert iusiurandum. Quia
1 Ingenium ac mores hominum cognitos habet: quibus sæpe ludus est peierare.
2 Qui iurauit, non reddit. qui non iurauit, eum facilius condemnari putat.
3 Tutius est religioni iudicum stare, quàm aduersarij. Illorum enim fidem perspectam habet, huius vero minime.

Non capit iusiurandum. Quia
1 Pro pecunia acquirenda est iusiurandum.
2 Si impurus fuisset, nullo metu iurasset. Præstat enim ob aliquam vtilitatem improbum esse, quàm ob nullam. Nam, si iurauerit, dubium nullum est, quin pecuniam habiturus sit: contra autem, nisi iurauerit. Hoc autem à bonitate proficiscetur, non à studio fallendi, timoreque peierandi, si iurare voluerit.
3 Non est æqua prouocatio (vt Xenophanes physicus dicebat) impij aduersus pium, sed par consimilisq; ac si robustus aliquis infirmo corpore hominem prouocaret, vt vel verberaret, vel vapularet. Valẽs enim imbecilli hominis plagas cõtemnit, viriumq; suarum gnarus, videt à se illum verberibus cæsum iri, ideoq; securo animo prouocat. Imbecillus vero sibi diffidens, hanc pugnam recusabit. Ita qui pie deos colit ad hanc concertationem timidus est: contra, qui improbe de ipsis sentit, audax. cur enim vereatur illos, quos aut non esse, aut humana non curare iudicat?

Si capit iusiurandum, dicet
1 Se confidere sibijpsi, illi vero minime.
2 Par esse (Xenophanis vocem conuertendo) ac si impius deferat iusiurandum, pius vero capiat.
3 Indignum esse eum recusare iusiurandum de rebus illis, de quibus postulat, vt Iurati iudices sententiam ferant.

Si defert iusiurandum, dicet
1 Sanctum ac pium esse, velle Dijs immortalibus rem mandare; atque confidere, siquid fraudis initum fuerit, illos grauiter vltum ituros.
2 Non opus esse aduersario, vt ad iudices accedat, cum ipsi existimationem totius rei permittat.
3 Rem indignam absurdamq; esse, nolle, cuius res agitur, in ea re iurare, in qua, quorum nihil interest, postulet iurare.

Si huiusmodi res geminæ acciderint, argumenta quoque ipsa copulanda sunt.

IVDICIALI.

Iuſiurandum.

Propoſitiones propriæ —
- Ipſius, à quo ſuſceptum antea fuerit iuſiurandum, quod præſenti repugnet aduerſeturque, qui excuſare debet, quod factum eſt, ſe feciſſe
  - Coactum metu.
  - Deceptum dolo.
  - Periurium enim, cum ſit iniuria, illud proprie dici debet, quod ſpôte ab aliquo côcipitur, non illud, cum —
    - Vis adhibita eſt.
    - Aliquis inductus deceptusque eſt.
- Contra aduerſarium qui nunc iuſiurâdum illud concipit, quod veteri repugnat. Dicendum eſt enim
  1. Omnem vitam ac rationes hominum peruertere ac permiſcere eum, qui his, quæ iurauerit, non ſtat. Nullam enim aliam ob cauſam inſtitutum eſt, vt leges non, niſi ab iuratis iudicibus tractentur, niſi quia, quæ aliquis iurauerit, ea illum rata habere oportere cenſuerunt.
  2. Nos poſtulare, iudices manere illis, quæ, iureiurando concepto, iudicauerint: nos autem ipſos non manſuros, nec rata illa habituros?
  3. Quicquid præterea quiſpiam, amplificatione vtens, excogitare poterit.

LIBRI PRIMI FINIS.



LIBER SECVNDVS.

QVONIAM Dicēdi ars finē habet, audiētium existimationem: Officium ipsius oratoris ē, occupatum esse tum in
- Oratione componenda, quæ argumentis probetur.
- Se ipso quodā modo cōformādo. (Hoc Deliber. generi conuenit.) In quo requiruntur hæc tria —
  - Prudentia.
  - Virtus.
  - Beneuolentia.
  - In qbus si fallunt, vel omnibus vel eārū aliqua fallunt, quia aut
    - Propter īprudentiam non recte id opinantur.
    - Recte opinantes, ob improbitatem tamen ea silent, quæ opinātur.
      - Hæc ex locis Honesti in genere Demonstr. sumentur. Quæ valent ad —
        - Alios ornādos.
        - Nosmetipsos honestandos.
    - Si prudentes probique viri sint, non tamen ijs, quibus consiliū dant, beneuoli sunt, vt optima suadeant.
      - De hac nunc, alijsque animi affectibus dicendum videtur.
- Existimatore fingendo. (Hoc Iudic. generi conuenit.) Non enim eadem videntur ei, qui —
  - Diligit.
  - Odit.
  - Iratus est.
  - Placatus est.

DE AFFECTIBVS.

Definitio.

Affectus ij dicuntur omnes, qui faciūt, vt nos immutati, non eodem modo ď ijsdem rebus sentiamus. Quos quidem aut —
- Voluptas
- Aegritudo
- consequtur. Cuius generis sunt
  - Ira,
  - Misericordia,
  - Metus &c. Atque his contrarij.
  - Horum tractandorū rationem trifariam diuidimus. Exemplum autem nobis erit Ira —
    - Quomodo affecti facile irascātur.
    - Quibus irasci consueuerunt.
    - Quasnā ob res.
    - Quorum si vnum, aut alterum etiam habuerimus, cuncta autem non teneamus, effici nihil à nobis poterit. Idem autem vsu veniet & in ceteris affectibus.

DE AFFECTIBVS.

Ira.
Definitio.

Ira est cupiditas quædam, cum ægritudine coniuncta, eius vlciscẽdi, de quo pœna sumi posse videatur: propterea ꝙ visus sit paruifecisse in ijs, q̃ contra ac decet, admisit, vel i *

- Nos ipsos
- Nostrorũ aliquem.

Necesse est autẽ

1 Eum, qui irascitur, irasci
- Semper singulis hominib. Vt Cleoni. quòd aut
  - Ipsum
  - Quempiam sibi carum
  - aut
    - Contempsit.
    - Contemnere cogitauit.
- Nunquam humanæ naturæ, vniuersæq; speciei.

2 Omni Iracundiæ voluptatem quampiam comitari, illam inquam, quæ proficiscitur à spe puniendi eum, qui antea læsit. Iucundum autem vnicuique est, opinari se consecuturum ea, quæ vehementer optat. Nemo vero expetit ea, quæ nullo modo opinatur se consequi posse.

3 Qui iratus est alicui, expetere ea, quę ipse efficere posſit. Quamobrem egregie ab Homero de Ira dictum est: Melle liquente magis dulcis quæ in pectore crescit.

4 Iratos voluptatem quandam consequi. propterea ꝙ tota mente occupati sunt in vlciscendo inimico. Cogitatio igitur illa speciesque, quæ nobis obuersatur ante oculos, lætitiam parit, vt somniorum scilicet phantasia voluptatem efficit.

Quoniam vero ὀλιγωρία (quam Paruipensionem, aut Paruifactionem latine, vt possumus, reddemus) est opinionis functio, qua paruiducimus ea etiam, quæ dignitatem aliquam in se habent, nec omnino obijcienda sunt, si tamen huiuscemodi speciem illa præ se tulerint, vt nullius precij esse videantur: mala enim & bona digna ducimus, de quibus cura suscipiamus, & in quibus studij multum collocemus: illa, vt euitemus: hæc, vt consequamur: quæ vero nihil, aut admodum parua sunt, pro nihilo habenda esse putamus;

DE AFFECTIBVS.

Ira.

* Oligoriæ species erunt tres

1 Contemptio, καταφρόνησις. Qui enim contemnit, parui ducit. quia quæ nihili æstimanda putant, ea contemnunt. Quæ autem homines nullo precio digna existimant, eadem & paruifaciunt.

2 Incommodatio, Επηρεασμός, est alicuius studium alij aduersandi, ac conatus desideriaq; illius impediendi, non vt commodum aliquod ea re ipse nanciscatur, verum vt eius commoda corrumpat. Quia igitur dat operam vt alij incommodet sine vlla sua vtilitate, parui illum ducit. planum est enim, ipsum firmiter credere se ab eo lædi non posse. metuisset enim, non paruifecisset: nec vlla etiam in re adiuuari, quæ momenti aliquid habeat: etenim fieri illi amicus studuisset.

3 Contumelia, ὕβρις, est detrimentũ importare, ac dolorem inurere in ijs rebus, è quibus dedecus gignitur illi, qui cõtumeliã perpetitur,

- Non vt inde quidpiam sibi cõmodi comparet,
- Non quia aliquid antea gestum ab eo sit, quod nollet. (Hic enim non cõtumeliosus esset, sed vltor iniuriæ acceptæ)
- Vt solum oblectetur. Voluptatis hui⁹ causa est, qa arbitrantur se, dũ volentes ipsis incommodant, magis pstaturos. Vnde videm⁹ esse contumeliosos
  - Adolescentes,
  - Diuites.
  - Putãt.n. se ceteris antecellere, cum contumelias inferũt.

Proprium autẽ contumeliæ est, dignitatẽ atq; existimationẽ alicui eripere. quod q facit, parui oĩno facit. Idem.n., qd nulli⁹ pcij est, in nulla æstimõe hẽ neque mali, neq; boni. Quãobrẽ iratus Achilles, Nullo, inquit, precio me dignũ æstimauit. etenĩ me præmio, ab exercitu mihi ob virtutẽ tributo, spoliauit. Et, Me tractauit vt abiectum aliquem & nulli⁹ pcij hominem, & q crebro sedes mutaret. Aequum enim putant, magni duci

- Ab ijs, Qui inferiores sunt
  - Genere,
  - Opibus,
  - Virtute.
- Ab ijs, à quib. putant, se commodis beneficijsque affici oportere. Sunt autem ij, quibus qspiam
  - Benigne aut
    - Fecit, aut Ipse.
    - Facit, aut Suorũ aliqs.
  - Bono esse aut
    - Vult,
    - Antea voluit.
- Qua qsq; re alij pstiteris: Vt
  - In pecunia, diues à paupere.
  - In dicendo, disertus ab indiserto.
  - In dominatu ipso, Rex ab ijs, qui imperio ipsius tenẽtur.
  - Qui se principatu dignũ putat, ab ijs, qui digni sunt qui bus imperetur. Quapropter dictum est ab Homero: Magna est Regum ira. Et, quãuis bilem concoxerint, multum tamẽ simultatis in animo retinent. Stomachãtur autem, quia putant se antecellere ipsis.

Contemptionis præterea loci sunt etiam 8.9.13.15.16.17.18.19.20.21.23.24.25.26.27.28.29.30.

DE AFFECTIBVS.

Ira.

Propoſitiones propriæ.

Facile iraſcuntur ij,
- 1 Quos ægritudo aliqua conficit. Quicunque enim animo dolet, idem aliquo deſiderio alicuius rei tenetur.
- 2 Qui graui morbo laborant.
- 3 Qui paupertate premuntur.
- 4 Qui amant.
- 5 Qui ſitiunt.
- 6 Qui vehementiore aliqua cupiditate tenentur, nec deſiderijs illis ſuis, aliqua re impediti, frui poſſunt.

Iraſcuntur ijs, qui
- 1 Cupidini ipſorum aduerſati fuerint, ſiue
  - Directò: Vt ſiquis ſiti affectum non ſinat ſitim ſuam explere.
  - Non directò. Quamuis enim aliter ipſum læſerit, idem tamen facere videtur.
- 2 Studijs ipſorum aduerſantur.
- 3 Cauſam, cum poſsint, non adiuuant.
- 4 Commoda, vlla in re interpellarint.
- 5 Miſerum illum ſtatum, in quo tunc ſunt, ſubleuare negligunt: Vt
  - Aegrotans, illis, qui in rebus ijs moleſti ſunt, quæ ad morbum pertinent.
  - Egeſtate laborans, in ijs, quæ ad paupertatem.
  - Bellum gerens, in ijs, quæ ad belli adminiſtrationem attinent.
  - Amore captus, in ijs, quæ ad ardorem illum animi extinguendum faciunt. Similiter vero & in ceteris.
  - Præparatur enim quiſq; ad ſuam cuiusq; iram ab affectu eo, qui inſitus eſt.
- 6 Ipſos impediunt, cum ab ijſdem opem præſidiumque expectarent. Maiorem enim dolorem importat incommodum, quod magnum inſperatumq; eſt. quemadmodum etiam delectat, quod valde præter opinionem accidit, ſi, quod volumus, accidit.
- 7 Rationem non habent
  - Anni tempeſtatum.
  - Temporum.
  - Affectionum.
  - Aetatum.
  - Occupationum.
  - Locorum.
  - Magis enim proni ſunt ad iram homines, cum magis his rebus tenentur.

DE AFFECTIBVS.

Ira.

8 Deridcnt.

9 Ludibrio habent.

10 Aculeatis quibuſdam dictis eos lædunt.

11 Lædunt in ijs rebus, quæ ſpeciem habent contumeliæ.

Neceſſe eſt autem huiuſcemodi ſint, quæ agunt, non
- Vt acceptum dolorem vlciſcantur.
- Quòd meliores res ſuas inde ſe facturos putent.

12 Verbis ipſos inſectantur.

13 Deſpicatui ipſos ducunt ijs in rebus, in quibus multū ſtudij adhibent, Vt qui
- Exiſtimant ſe in ſtudijs ſapientiæ multum profeciſſe.
- Ob ſpeciem corporis multum ſibi tribuunt. Similiter vero etiam in alijs

Multo ægrius tamē ferunt, ſi ſuſpicētur
- Hæc non adeſſe ſibi,
- Se nō firmiter hæc tenere.
- Aliter de ſe exiſtimari.

Vt contra, cum cōpertum habent ſe plene perfecteq; illas artes noſſe, quamuis ipſas neſcire ab aduerſarijs dicantur, nihil ad ſe pertinere exiſtimant.

14 Cum ſint amici, huiuſcemodi quicquam, quod ipſis moleſtum ſit, fecerint. Iraſcuntur enim his magis, quàm ijs, qui amici non ſunt. arbitrantur enim partes fuiſſe illorum, ipſos potius ornare, & nouis commodis augere, quàm partis iam ornamentis boniſque ſpoliare.

15 Præteritis temporibus conſueuerunt
- Ipſis honorem habere,
- De ipſis curam ſuſcipere,

ſi poſtea idem non faciunt. Exiſtimant enim ſe ab illis contemni tunc ac deſpici. niſi enim hoc eſſet, eoſdem ſibi illos honores habituros fuiſſe.

16 Pro acceptis beneficijs
- Beneficia nō reddunt.
- Non pari officio commodoque remunerātur.

17 Contrarijs rebus ſtudent, ſi fortunis opibuſque inferiores fuerint.

Hi enim omnes deſpicatui habere videntur: & ſane ipſorum alteri vt
- A tenuioribus ornati cōmodiſq; aucti, qui hoc facere tenebantur.
- Eos, qui inferiores ſe humilioreſque ſint.

18 In nulla hominum exiſtimatione ſunt. Quibus magis iraſcuntur, ſi viſi fuerint aliqua in re paruiducere. In explicanda enim vi iracundiæ hoc traditum eſt, gigni iram aduerſus eos, qui aliter ſe atq; ipſos oporteret, gerunt. Eſt enim tenuiorum officium non paruifacere meliores ſe, ſed colere & obſeruare.

DE AFFECTIBVS.

Ira.

19 Cum amici ſint
- Non bene dicant,
- Non bene faciant.
- Contraria faciant.
- Non animaduertant nos egere. Quam ob cauſam ab Antiphonte poeta Plexippus Meleagro iratus inducitur. Non ſentire enim, neq; animaduertere, paruiducentis eſt. Quæ enim curamus, nos non fallunt.

20 Incommodis ipſorum infortunijsque lætantur.

21 In malis ipſorum rebus ſecuro tranquilloque animo ſunt.

Qui enim alterutrum horum committunt, aut
- Hoſtes ſunt.
- Parui ducunt.

22 Non metuunt aliquid facere dicereque, quod ipſis ægritudinem afferat. Atque hæc cauſa eſt, cur detrimenta aliqua accepta renunciantibus homines iraſcuntur.

23 Audiunt, quæ ipſorum exiſtimationẽ lædunt.

24 Res ſuas malas ſpectant.

Similes enim ſunt aut
- Paruifacientibus.
- Inimicis. Amici enim, cum huiuſcemodi aliquid vident, anguntur, nec ſpectare poſſunt, eodemque pacto animo afficiuntur, atque illi affecti ſunt, qui in ipſis malis verſantur.

25 Contemnunt ipſos apud eos,
- Cum quibus de honore & gloria contendunt.
- Quos ſuſpiciunt.
- A quibus ſe ſuſpici volũt.
- Quos reuerentur.
- Qui reuerentur ipſos.

Apud hos ſiquis contemnat, grauius iraſcuntur.

26 Parui ipſos ducunt, lædendo perſonas illis, quas niſi ipſi tutati fuerint, dedecus admittunt, vt
- Parentes,
- Liberos,
- Vxores,
- Quibus ipſi præſunt.

27 Acceptum beneficium non compenſant, ingratique ſunt. Parui enim pendere, à quibus adiuti ſunt, nullo modo conuenit hominibus.

28 Iocantur, tunc, cum ipſi ſerio agunt. Valet enim ad contemptionem iocus.

29 In alios benefici ac liberales ſunt: niſi benigne quoq; ipſis faciant. Exiſtimant enim ſe ab illis contemni nec iiſdem beneficijs, quibus alios ornant, dignos exiſtimari.

30 Ipſorum obliti fuerint. Vt ſi pene nomen alicuius memoria nobis exciderit. Obliuio enim hæc ſignum argumentumque eſt, ꝙ is, qui è memoria elabitur, parui à nobis ducatur. Siquidem ex neglectu naſcitur obliuio. Non curare autem aliquid, eſt illud paruiducere.

Ex his omnibus intelligi poteſt, officium eſſe boni oratoris, ipſum oratione ſua
- Efficere iudices tales, quales exiſtunt, qui in iram procliues ſunt.
- Oſtendere aduerſarios ijs rebus culpiſque affines eſſe, quæ iuſtam iram contra ſe commouere ſolent: ſiue huiuſmodi ipſos eſſe, cuiuſmodi ſunt, quibus iraſci homines conſueuerunt.

DE GENERE

Res, in quibus maleficia committi soleant.

Res in quibus maleficia cōmitti soleāt.

1. Quæ
   - Cuncti,
   - Magna pars hominum

   admittere consueuerunt. Sperant enim sibi veniam datū iri.
2. Quæ sublata aliunde, occuli facile possunt.
3. Quæ
   - Cito absumuntur: Vt cibaria.
   - Variari facile possunt commutata
     - Forma,
     - Colore,
     - Temperamento.
   - Nullum negocium est multis locis ita abdere, vt non appareant. Huiusmodi enim sunt
     - Quæ facile huc & illuc comportantur.
     - Quæ paruis in latebris absconduntur.
     - Quorum indifferentia similiaq; antea iniuriæ auctor possidebat.
4. Quæ, qui iniuriam acceperint, pudet proferre: Vt contumeliæ impositæ
   - Vxoribus,
   - Personis ipsorum,
   - Filijs.
5. Obquæ siquis experiri vellet, in reprehensionem incideret, existimareturque nimis appetens esse litium. Huiusmodi vero sunt
   - Leues minutęque iniuriæ acriter agitatæ.
   - Quibus vulgo homines ignoscere cōsueuerūt.

Quæ æque aut inique faciunt homines.

Vt res Iustę Iniustæq; cognosci possint, spectare oportet

- Geminū Ius
  - Commune, quod vniuersi mortales sectātur
    - Naturæ vi,
    - Non pactione,
    - Non voluntatū cōmunione.

    Cuiusmodi ius manifesto percipitur intelligere Antigona Sophoclis, cum in fabula, cui ipsa nomen dedit, probare studuit æquum esse contra Regis etiam interdicta sepulturæ tradere Polynicem, tanquam natura id iustum foret. Non enim hodie herive in lucem hoc venit, sed semper viguit: nec mortalis quisquam est, qui sciat ex quo tempore ortum habuerit. Empedocles quoque in poemate suo, cum probare vellet non esse interficiendas animantes, iustumque se abstinere ab earum nece esse doceret, non illius generis esse id ius affirmauit, quod gentibus quibusdam ratum sit, quibusdam contra non ratum, sed stabilioris alicuius longeq; patentioris, quod in omnes naturas, quæ elementa appellant, fusum ac dilatatum est. Quod etiam sensit Alcidamas in oratione sua Messeniaca.
  - Proprium, singulis ciuitatibus nationibusq; definitum. Id autem est vel
    - Scriptum.
    - Non scriptum

    Huic status conuenit
    - Definitiuus.
    - Iuridicialis.
- Personas duplices
  - Vniuersam ciuitatem.
  - Quosdā ciues

  In quas peccant vel
  - Ignorantes & inuiti.
  - Sponte & scientes, partim
    - Electione.
    - Animi impetu.

IVDICIALI.

Ius proprium ſcriptum.

Vnde eruitur

Status Definitiuus.

Quoniam ſæpe rē cōcedētes negant aut

- Facti nomen, Vt ſe
  - Suſtuliſſe, ſed ñ furtū cōmiſiſſe.
  - Priorē pcuſſiſſe, ſed cōtumelia ñ affeciſſe.
  - Coijſſe quidē, ſed adulterium nōcōmiſiſſe.
- Rē, quæ noie illo appellatur, à ſe factā, Vt
  - Furtum, nō ſacrilegium feciſſe.
  - Agrū ſe araſſe, at nō publicum.
  - Se collocutū cū hoſtibus, ſed ñ prodidiſſe.

Propterea oportebit Definire quid ſit.

- Furtum.
- Iniuria.
- Adulteriū

ſiue reo crimē illud

- Hære re,
- Non hære re,

oſtendere voluerimus. In oī b⁹ autem Quæſtionib⁹ controuerſia ē, verū, q fecit, ſit vt

- Iniuſtus ipro busque.
- Non iniuſtus.

nā &

- Prauitas animi.
- Iniuſte aliqd agere

poſita ſūt i electione. Verbis vero ijs indicatur ac patefit ſēs⁹: animi & electio. Qui enim cōcedit ſe aut

- Furtum
- Contumeliā

feciſſe, dicere non pōt ſe—

- Inuitum
- Imprudentem

feciſſe. Ea enim vis ē horū nominū vt declaret, q fecerūt &—

- Volētes
- Iudicio adhibito

feciſſe. Neq; enim ſi—

- Percuſſit, omnino cōtumeliam fecit: ſed ſi vt ppositū ſibi aliquē finē adipiſceret. Vt ſi ex cōſilio fecit vt—
  - Eum ignominia afficeret
  - Ipſe ex eo facto voluptatē caperet.
- Cū aliquid cepit furtū fecit ſed ſi id cōmiſit vt—
  - Rē illa dānū ei afferret.
  - Sibi rē illā vēdicaret.

Eadē ratio eſt, reliquorum nominum, quæ horū eſſe dēmōſtrata eſt

DE GENERE

Ius proprium non ſcriptum.

Vnde eruitur

Status Qualitatis.

Aequorũ & iniquorũ factorũ, quæ ſcripto nõ cõtinentur, gñа duo: quorum alterum —
- Naturale, quod eximiam vel
  - Virtutẽ
  - Vitium
  - in ſe continet, quod ſi
    - Seruatur, — Laude / Honore / Præmijs — decorãtur.
    - Negligitur, — Maculam / Dedecus — importat.
  - Vt
    - Bene de ſe merito — Gratiam habere. / Beneficium referre.
    - Eſſe pronum ad ſubleuandos amicos.
- Aequum & bonum. quod in ſcripta lege omiſſum eſt. Quod euenit Legiſlatoribus partim —
  - Inuitis, cùm quidpiam eos fallit.
  - Cum nequeunt cuncta exquiſite perſcribere, ſed coguntur in vniuerſo ſcribere. Res tamen non ita ſe habet, ſed pleruuque. Necnon, quæ nimis moleſtum operoſumq; negocium eſt, propter rerũ varietatem ſummamq; explicare ac diſtinguere. Vt vulnerare ferro quali aut quanto. Deficeret enim prius vita hominem, quàm ſingula enumeraſſet. Si igitur res, de qua ferenda lex eſt, indefinita fuerit, & nihil certi ſtatutiq; habeat, facere non poteſt Legiſlator, quin ſimpliciter & in vniuerſum, nihil excipiens, de ea ſtatuat. Quapropter ſi quis forte anulum in digito habens, manum ſuſtulerit, ac percuſſerit quempiam; ex legis ille verbis affinis eſt culpæ, & iniuſte facit. etenim ipſa generatim ferro cædere vetat: re ipſa veritateq; facti conſiderata, liberatur pœna, nec facit iniuſte. Atque hoc eſt illud, quod appellatur ——

Aequum & bonum.

Definitio.

Si Aequi & boni naturam explanare potuimus, perſpicuum eſt, quænam Aequa & bona ſint. E definitione enim ipſius facile intelliguntur, &, vt hæc, ita etiam, quæ minime huiuſcemodi ſunt, & qui etiam in ſtatuendo ius hoc non ſequuntur. Sunt enim Aequa & bona cuncta facta, quorum auctoribus ignoſcere oportet; ~~veniaque, quamuis lapſi ſint,~~ videanturque contra leges commiſiſſe, digni ſunt.

Aequum & bonũ eſt
1. Non pari pœna digna ſtatuere, quæ quis
   - Imprudenter peccauerit. Hoc appellatur ἁμάρτημα, cùm quis labitur ſine ſuo, culpa tamen ipſi hæret. Vt, ſi haſtam contorquens in aprum, ſocium non longe ſtantem vulnerauerit.
   - Sciens & intelligens quid ageret, non tamen lædendi conſilio admiſit. Hoc eſt ἀδίκημα. Vt, cum ira aut alia quapiam perturbatione animi commotus, re antea non deliberata, peccas.
   - Fortuito peccans, quempiam læſerit. Hoc eſt ἀτύχημα, Vt, ſi, dum in aprum haſtam contorques, aliquis extra periculum poſitus, momento temporis in medium ſe temere coniecit.
2. Humanæ naturæ imbecillitatique noſtræ ignoſcere.
3. Non legem ipſam, quidq; in ea ſcriptũ ſit, attendere: ſed ponere ſibi ante oculos Legiſlatorem.
4. Non verba legis, verum ſententiam eius, qui tulit, ſpectare.
5. Non factum ipſum ſpectare ac perpendere, quod in iudicium venit, ſed conſilium eius, qui fecerit, ac voluntatem.
6. Non ad partem tantum, ſed ad totum integrumque factum reſpicere.
7. Non quis nunc, ſed quis ſemper aut fere ſemper fuerit.
8. Recordari potius, in ſtatuendo de aliqua perſona, commodorum quàm incommodorum, quæ inde accepit, ſi non eodem animo ſemper aduerſus eum ille fuit.
9. Recordari potius beneficiorum, quæ ab aliquo accepit, quàm quæ in eum contulit.
10. Acceptam iniuriam patienter ferre, non ad vlciſcendum ſe parare.
11. Malle verbis, quàm factis, rem decerni.
12. Velle ab arbitris potius, quàm à iudicibus in foro, cõtrouerſiam dijudicari. Nam
    - Arbiter ſibi proponit æquum & bonum, eoq; oculos dirigit. qui nullam aliam ob cauſam inuentus excogitatusq; eſt, niſi vt Aequum ac bonum valeat, ac firmius robuſtiusque reddatur.
    - Iudex ſcriptam legem ſpectat.

IVDICIALI.

Maleficiorum inter se collationes.

Maleficia maiora

1 Maleficia sunt maiora, quæ à maiore animi improbitate vitioque proficiscuntur. Ideo minima interdum maxima habentur. Vt, Callistratus Melanopum accusabat, quòd tres dimidiatos obelos, Deo dicatos, fraude in negocio vsus, è templo clam sacelli ædificatoribus sustulerat. cum in rebus iustis contra euenire soleat. Minora enim flagitia superant maiora vi quadam. Quid enim non auderet, qui ob tam paruum lucrum sibi à scelere non temperat? Interdum igitur sic magna habetur iniuria, interdum ex magnitudine damni ponderatur.

2 Cui par pœna inueniri non potest.

3 Cui medicina aut remedium vllum adhiberi non potest. Arduum enim est medicinam aliquam parare, vel potius nullo modo parari potest.

4 Cuius, qui iniuriam passus est, iudicio pœnas capere, aut alia vlla ratione non potest. Est enim insanabile ac remedio caret. Pœna enim, quam capit, qui læsus est, animaduersioque in sontem, medicina est ac remedium mali, quod accepit. aliter enim illud restitui non potest.

5 Si, qui læsus est, quique iniuriam accepit, ipse in se ipsum grauiter animaduertit. Nam, si, qui omni culpa vacabat, tam acerbe se punitus est, multo maiore pena, qui facinus admisit, affici debet. Vt Sophocles in causa Euctemonis, qui, cum contumeliam sibi illatam ferre non posset, sibi manus attulit; interrogatus à iudicibus, quanti litem æstimaret, respondit, se non minoris æstimaturum, quàm pœna illa foret, qua, qui contumeliam acceperat, se ipsum multauerat.

6 Si facinus illud admisit { Solus, / Primus, / Cum paucis.

7 Crebro eandem culpam admittere, rem auget.

8 Illud, quod coegit, vt quærerentur & inuenirentur remedia ac pœnæ. Vt Argis eos puniunt, qui sunt in causa, vt noua lex feratur, aut carcer ædificetur.

9 Maius flagitium, quod à belua potius, quàm ab homine, profectum videri potest.

10 Quod magis meditato ac longa animi prouisione factum est.

11 Quod in animis eorum, qui audiunt, potius metum, quàm misericordiam, excitat.

12 Vno facto multa iura violasse- { Iusiurandum, / Dextras, / Fidem datam, / Ius coniugij, } Est enim multorum flagitiorum exuperantia. Hæc oratores amplificare solent.

13 Quod flagitium illic admittitur, vbi supplicium de sontibus sumitur, aut vbi pœna legibus imponitur improbis atque iniustis. Cui rei affines sunt falsi testes. Quem enim hi locum à scelere vacuum relinquent, qui forum etiam contaminare non metuunt?

DE GENERE

Maleficiorum collationes inter se.

14 Quæ fœdissima sunt: quibusque erubescere maxime consuerunt.

15 Si hunc læsit, à quo beneficium acceperat. Multis enim modis iniustus est, nam peccat ꝗ { Damnum infert. / Non adiuuat, ac commoda eius auget.

16 Qui facit contra iura non scripta, magis iniustus est. Est enim officium melioris viri nullo metu ac necessitate coactum, probum esse. Quæ scriptis legibus continentur, necessariò ab improbis etiam, metu pœnæ seruantur. Quæ iura non scripta vetant, nulla formidine custodiuntur, sed à probis tantum viris, non metu coactis, sed officio & honestate ductis, seruantur. Contraque etiam ———

17 Qui contra iura scripta flagitij quidpiam admisit, magis peccat. Qui enim aggreditur facinora, quæ terribilia sunt, nec atroces illas pœnas, quas leges minantur, reformidat; quanto magis laberetur in illis, quæ nihil periculi, si negligantur, ostentant.

IVDICIALI.

Probationes artis expertes.
quæ ſunt propriæ generis Iudic.

Leges | Teſtes | Pacta | Quæſtiones | Iuſiurandum.

Quomodo vtendum ſit Legib.

In curia: Suadendo, Diſſuadendo.

In foro: Accuſando, Defendendo.

Propoſitiones propriæ.

Contra Leges ſcriptas.

1 Qui aduerſantem cauſæ ſuæ legem aliquam ſcriptam habet, ad commune naturaleque ius confugiat: necnon æquo & bono, vt iuſtiore, vtatur.

2 Quòd mente ſententiaque optima, hoc eſt, non omnino ſcriptis legibus vtendum ſit.

3 Quòd Aequum & bonum, necnon communis Lex (ita autem vocamus naturæ ius) perpetuò manent, neque vnquam variantur. ſcriptæ vero Leges crebro immutantur. Quo intellectu illud apud Sophoclem in Antigona dictum eſt. (purgat enim illa ſe ac factum tuetur ſuum, ꝙ edictum Creontis regis neglexerit, legi autem naturæ obtemperarit.) Non enim hodie herive in lucem hoc venit, ſed ſemper viguit. Horum ego non debueram, vllius viri mentem reformidans: Et quæ ſequuntur.

4 Quod iuſtum id eſt, quod verum ac vtile ſit, non quod ſpeciem tantum huius rei habeat. Nullo igitur modo ea, quæ ſcripta eſt, legis nomine appellanda. Nec enim Legis officium facit: quia verum iuſtumque non complectitur, ſed quod vmbram tantum illius habet, ac ſimulatum verum & iuſtum eſt.

5 Quòd iudex eſt tanquam menſarius, vt quemadmodum ille diſtinguit verum aurum & adulterinum, ſic ipſe, omnibus diligenter perſpectis, verum iuſtum ſimulatumque ſecernat.

6 Quòd melioris viri eſt, non ſcriptis legibus, quàm ſcriptis vti & ſtare.

7 Si Lex, qua premimur, aliqua parte aduerſatur legi probatæ, aut etiam ſecum ipſa pugnat. Vt cum altera lex iubet rata eſſe, quæcunque homines inter ſe pepigerint; altera vetat pactiones fieri contra leges.

8 Si Lex eſt ambigua, vt liceat eam flectere, &, quocunque aliquis velit, diſtorquere. Videre enim tunc oportebit, ad vtram eorum verborum ſtructuram explicationemque conueniet ac quadrabit, aut iuſtum, aut vtile.

9 Si res, quæ cauſa, vt Lex illa ferretur, fuerunt, amplius non manent, ſed abierunt, Lex tamen adhuc ſeruatur: id notum faciendum eſt, pugnandumque in eo contra legem. rebus enim ipſis mutatis, videtur legem quoque mutari abrogarive debere.

Pro Legibus.

1 Si Legem nobiſcum habemus, tunc, vt facultatem aduerſario eripiamus aſtuta illa ratione labefactandi eam, aditumque hunc ipſi obſtruamus, dicere debemus, quod permiſſum eſt iudicibus exiſtimare lites γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ, (pag. 118.) non conceſſum illis eſſe, vt contra leges cauſas iudicent, ſed vt periurium euitent, ſi forte vis ac ſententia legis non bene ab ipſis percepta fuerit.

2 Quòd nemo ſumit abſolute vereque bonum, ſed quod ipſi bonum eſt.

3 Quòd nihil refert non latas leges vnquam fuiſſe, aut nullo nunc in vſu eſſe.

4 Quòd in alijs artibus non prodeſt callide malitioſeque aliquid contra medicum excogitare. Neque enim tantum detrimenti affert erratum aliquod ipſius, quantum mali importat praua conſuetudo, non parendi illi, quod in aliquo negocio imperium habet ac dominatur.

5 Quòd probatæ leges id maxime vetant, ne quis ſe legibus prudentiorem oſtendere ſtudeat.

DE GENERE

Testes.

Testes duûȝ generum sunt, alij

- Veteres, rerum aut
  - Preteritarum, Vt
    - Poetæ.
    - Homines noti, quorum existimationes sunt illustres.
    - Vt: Athenienses Homero teste de Salamine; Tenedij aduersus Sigienses Periandro Corinthio; Cleophon in Critiam Solonis elegijs — vsi sunt.
  - Futurarum, vt
    - Vates. Vt Themistocles cum in naues confugere oportere diceret, murum ligneum eas appellauit.
    - Parœmiæ. Vt
      - Si quis suadeat cuipiam, ne studeat amicum sibi senem hominem facere, confirmare consilium suum, tanquam teste, peruulgata voce potest, μήποτ' εὖ ἔρδειν γέροντα, quæ est, cauere sibi quenque debere, ne collocet beneficium in senem.
      - Si quis hortetur quępiam, vt liberos eorum tollat, quorum patres iam necarit, & ipse, tanquã testem producere prouerbium potest, Νήπιος ὃς πατέρα κτάνας παῖδας καταλίποι.
- Noui, aut
  - Expertes periculi. Qui & noti illustresque sunt, & antea, quid de aliqua re sentirent, aperuerunt. Vtiles enim ipsorum existimationes iudiciaque sunt ijs, qui de ijsdem rebus ambigunt. Vt Eubulus in iudicio Platonicum quiddam aduersus Chareta protulit, quod Plato in Archibium dixit: ꝙ increbescit hæc res ac vires sumit, quotidieque plures reperiuntur, qui confiteantur ac præ se ferant, se improbos esse, existimentque id sibi laudi futurum.
  - Participes periculi, si in mendacio deprehendãtur. Qui de huiusmodi tantum rebus testes sunt, hoc est
    - Factûne sit, an non.
    - Vtrum sit, an non.
    - De qualitate vero minime, Vt: Iustum, an iniustũ sit. Vtile, an inutile.
  - De quibus maxima fides veteribus habetur. procul enim sunt ab omni suspicione corruptelæ. Atq; ab eorũ testimonijs ducuntur auctoritates.

Propositiones propriæ.

Pro Argumentis contra Testes.

- Officium esse iudicum, ex verisimilibus de litibus existimare. Quod si fecerint, optima sententia menteque causam esse iudicaturos.
- Non posse adumbrari, à veroque abduci verisimilia pecunia.
- Sententijs iudicum nunquam damnata esse verisimilia, quemadmodum multi, qui testimonium dixerunt, conuicti pœnaque affecti sunt. Inde autem id prouenit, quia non mentiuntur nec fallunt.

Pro Testibus contra Argumenta.

- Verisimilia & signa non posse in iudicium vocari, nec legibus tradi.
- Nihil opus fuisse testibus, si è solis Argumentis facti veritas intelligeretur.

Testimoniorum vtilitas.

Testimonia sunt aut

- De se ipso,
- De aduersario,

vel de

- Facto
- Vita, & moribus.

Nunquã igitur vacui omnino erimus à testimonio, quod ad causam nostram sublenandam aliquantum valeat. Nisi.n. erit de re, de qua in iudicio agitur vel

- Pro nobis,
- Cõtra aduersarios.

at erit de

- Moribus & æqtate nostra.
- Aduersarij neqtia.

Reliqua, quæ in testis persona considerari possunt, ac fidẽ ipsius variant, ex ijsdem locis sumenda sunt, vnde Enthymemata duci ostendimus, cum quidpiam esse aut nõ esse probare volumus, si testis.f.sit

- Aut
  - Amicus.
  - Inimicus.
  - Neuter.
- Aut fidei
  - Spectatæ.
  - Improbatæ.
  - Neutrius.

IVDICIALI.

Pacta & conuenta. Quæstiones.

Si pacta & conuēta cō stant, Orator debet

Si ipsi adsint, & causæ, q̃ suscepit, prosint, { Augere ea / Fidem illis adiungere } His locis.

1 Pactionem esse legem propriam & singulorum.
2 Pacta non reddere legem firmam ratamque: Leges vero, pactiones, quæ legibus non repugnant, firmare.
3 Leges ipsas scriptas, esse pactionem quandam. Quare quicunque fide digna non putat pacta ipsaque euertit, leges simul euertere ac delere.
4 Sublatis pactionibus tolli omne commercium hominum. Maior enim pars rerum, quas illi gerunt, sponteque non coacti administrant, pactis ac conuentis continetur.
5 Alia, quæ congruere huic quæstioni possunt, quæ nullum negocium est inde cognoscere.

Si pro aduersarijs sint, { Ea conterere / Fidem illis auferre } His locis.

1 Quæcunq; supra ostendimus contra legem nobis aduersam dici posse, eadem accommodata erunt ad auctoritatem pactionis minuendam. Esset enim res prorsus absurda, tantum sibi permittere in legibus extinguendis, putare autem necessariò sibi quæcunque pacta fuerint, si fraus etiam adhibita sit, seruanda.
2 Iudicem iusti æquiq; tanquam dispensatorem esse debere, nec quid in pactis conuentisq; contineatur, ab eo spectari oportere, sed vt, quod iustius est, fiat.
3 Nullã facultatem dari iuris distorquendi siue { Dolo adhibito, / Necessitate imposita. } Naturale enim est. Pacta autem sæpè fiunt hominibus vel { Deceptis. / Coactis. }
4 Animaduertere etiã debemus, an pactio ipsa aduersetur { Alicui legum { Scriptarum. / Communium. } / Rebus { Iustis. / Honestis. } }
5 Præterea attendendum an pactio illa contraria sit, repugnetq; alijs pactionibus, quæ ab ijsdem factæ sint aut { Postea / Prius. } Nã { Si posteriores, ratæ: priores irritæ erunt. / Si priores, sanctæ: posteriores fraudē in se cōtinebũt. } Vtrum aũt cãq; nostræ accommodatũ erit, arripiem⁹.
6 Vtilitatem quoque spectare oportet: si forte aliqua in re aduersentur Iudicibus.
Et cetera huiusmodi, quæ inuentu facilia sunt.

Ad fidē pactionibus { Acquirendam, / Eripiendã, } debēt referri ea præcepta omnia, quæ valent ad testes vel { Firmandos. / Infirmãdos. } Quales enim fama & existimatione fuerint ij, qui tabulas, quibus pacta continentur, aut { Obsignarunt, / Custodierũt, } talis opinio & de tabulis erit.

Quæstiones.

Quæstiones, testimonia quædam sunt. Videtur autem dignæ, quibus credatur, quia necessitas quędã ipsis inest. Nullum igitur negociũ est videre vim ipsarum, & quæ de ipsis dici possunt, excogitare ac proferre. Quę si sunt

Pro nobis, amplificatione vtendum est: q̃ ex testimonijs sola hæc vera sint.

Si aduersus nos & pro aduersarijs { Dissoluemus, quæ vera sunt, de vniuerso genere Quæstionum differentes. Nam qui tormentis vrgentur, vt verum prodant, non minus falsa dicunt, quàm vera, aut { Vim tormentorum tolerantes, & in occultanda veritate perdurantes. / Falsa proferentes, quo citius corporis cruciatu liberentur. } / Exempla afferemus, quæ ipsis iudicibus minime ignota sint. }

DE GENERE

Iusiurandum.

Iurisiurandi ratio quadripartita est. Aut enim iusiurandum
- Dat, & capit ipse.
- Neq; dat, neq; capit.
- Dat, & non capit.
- Capit, & non dat.

Aliud etiam præter ea, quę tradita iam sunt, accurate videndum, si præteritis tpibus idem iusiurandum conceptum est, siue iurauerit
- Ipse.
- Aduersarius.

Propositiones propriæ.

Non defert iusiurandum. Quia
1. Ingenium ac mores hominum cognitos habet: quibus sæpe ludus est peierare.
2. Qui iurauit, non reddit. qui non iurauit, eum facilius condemnari putat.
3. Tutius est religioni iudicum stare, quàm aduersarij. Illorum enim fidem perspectam habet, huius vero minime.

Non capit iusiurandum. Quia
1. Pro pecunia acquirenda est iusiurandum.
2. Si impurus fuisset, nullo metu iurasset. Præstat enim ob aliquam vtilitatem improbum esse, quàm ob nullam. Nam, si iurauerit, dubium nullum est, quin pecuniam habiturus sit: contra autem, nisi iurauerit. Hoc autem à bonitate proficiscetur, non à studio fallendi, timoreque peierandi, si iurare voluerit.
3. Non est æqua prouocatio (vt Xenophanes physicus dicebat) impij aduersus pium, sed par consimilisq; ac si robustus aliquis infirmo corpore hominem prouocaret, vt vel verberaret, vel vapularet. Valēs enim imbecilli hominis plagas cōtemnit, viriumq; suarum gnarus, videt à se illum verberibus cæsum iri, ideoq; securo animo prouocat. Imbecillus vero sibi diffidens, hanc pugnam recusabit. Ita qui pie deos colit ad hanc concertationem timidus est: contra, qui improbe de ipsis sentit, audax. cur enim vereatur illos, quos aut non esse, aut humana non curare iudicat?

Si capit iusiurandum, dicet
1. Se confidere sibijpsi, illi vero minime.
2. Par esse (Xenophanis vocem conuertendo) ac si impius deferat iusiurandum, pius vero capiat.
3. Indignum esse eum recusare iusiurandum de rebus illis, de quibus postulat, vt Iurati iudices sententiam ferant.

Si defert iusiurandum, dicet
1. Sanctum ac pium esse, velle Dijs immortalibus rem mandare; atque confidere, siquid fraudis initum fuerit, illos grauiter vltum ituros.
2. Non opus esse aduersario, vt ad iudices accedat, cum ipsi existimationem totius rei permittat.
3. Rem indignam absurdamq; esse, nolle, cuius res agitur, in ea re iurare, in qua, quorum nihil interest, postulet iurare.

Si huiusmodi res geminæ acciderint, argumenta quoque ipsa copulanda sunt.

IVDICIALI.

Iusiurandum.

- Propositiones propriæ —
  - Ipsius, à quo susceptum antea fuerit iusiurandum, quod præsenti repugnet aduerseturque, qui excusare debet, quod factum est, se fecisse
    - Coactum metu.
    - Deceptum dolo.
      - Periurium enim, cum sit iniuria, illud proprie dici debet, quod spōte ab aliquo cōcipitur, non illud, cum —
        - Vis adhibita est.
        - Aliquis inductus deceptusque est.
  - Contra aduersarium qui nunc iusiurādum illud concipit, quod veteri repugnat. Dicendum est enim
    1. Omnem vitam ac rationes hominum peruertere ac permiscere eum, qui his, quæ iurauerit, non stat. Nullam enim aliam ob causam institutum est, vt leges non, nisi ab iuratis iudicibus tractentur, nisi quia, quæ aliquis iurauerit, ea illum rata habere oportere censuerunt.
    2. Nos postulare, iudices manere illis, quæ, iureiurando concepto, iudicauerint: nos autem ipsos non mansuros, nec rata illa habituros?
    3. Quicquid præterea quispiam, amplificatione vtens, excogitare poterit.

LIBRI PRIMI FINIS.



LIBER SECVNDVS.

QVONIAM Dicēdi ars finē habet, audiētium existimationem: Officium ipsius oratoris ē, occupatum esse tum in
- Oratione componenda, quæ argumentis probetur.
- Se ipso quodā modo cōformādo. (Hoc Deliber. generi conuenit.) In quo requiruntur hæc tria —
  - Prudentia.
  - Virtus.
  - Beneuolentia.
  - In qbus si fallunt, vel omnibus vel earū aliqua fallunt, quia aut
    - Propter iprudentiam non recte id opinantur.
    - Recte opinantes, ob improbitatem tamen ea silent, quæ opinātur.
      - Hæc ex locis Honesti in genere Demonstr. sumentur. Quæ valent ad —
        - Alios ornādos.
        - Nosinetipsos honestandos.
    - Si prudentes probique viri sint, non tamen ijs, quibus consiliū dant, beneuoli sunt, vt optima suadeant.
      - De hac nunc, alijsque animi affectibus dicendum videtur.
- Existimatore fingendo. (Hoc Iudic. generi conuenit.) Non enim eadem videntur ei, qui —
  - Diligit.
  - Odit.
  - Iratus est.
  - Placatus est.

DE AFFECTIBVS.

Definitio.

Affectus ij dicuntur omnes, qui faciūt, vt nos immutati, non eodem modo & ijsdem rebus sentiamus. Quos quidem aut —
- Voluptas
- Aegritudo
- consеqtur. Cuius generis sunt
  - Ira,
  - Misericordia,
  - Metus &c. Atque his contrarij.
  - Horum tractandorū rationem trifariam diuidimus. Exemplum autem nobis erit Ira —
    - Quomodo affecti facile irascātur.
    - Quibus irasci consueuerunt.
    - Quasnā ob res.
    - Quorum si vnum, aut alterum etiam habuerimus, cuncta autem non teneamus, effici nihil à nobis poterit. Idem autem vsu veniet & in ceteris affectibus.

DE AFFECTIBVS.

Ira.
Definitio.

Ira est cupiditas quædam, cum ægritudine coniuncta, eius vlciscēdi, de quo pœna sumi posse videatur: propterea ꝙ visus sit paruifecisse in ijs, q̃ contra ac decet, admisit, vel ĩ *

- Nos ipsos
- Nostrorũ aliquem.

Necesse est autẽ

1 Eum, qui irascitur, irasci
- Semper singulis hominib. Vt Cleoni. quòd aut
  - Ipsum
  - Quempiam sibi carum
  - aut
    - Contempsit.
    - Contemnere cogitauit.
- Nunquam humanæ naturæ, vniuersæq; speciei.

2 Omni Iracundiæ voluptatem quampiam comitari, illam inquam, quæ proficiscitur à spe puniendi eum, qui antea læsit. Iucundum autem vnicuique est, opinari se consecuturum ea, quæ vehementer optat. Nemo vero expetit ea, quæ nullo modo opinatur se consequi posse.

3 Qui iratus est alicui, expetere ea, quę ipse efficere posśit. Quamobrem egregie ab Homero de Ira dictum est: Melle liquente magis dulcis quæ in pectore crescit.

4 Iratos voluptatem quandam consequi. propterea ꝙ tota mente occupati sunt in vlciscendo inimico. Cogitatio igitur illa speciesque, quæ nobis obuersatur ante oculos, lætitiam parit, vt somniorum scilicet phantasia voluptatem efficit.

Quoniam vero ὀλιγωρία (quam Paruipensionem, aut Paruifactionem latine, vt possumus, reddemus) est opinionis functio, qua paruiducimus ea etiam, quæ dignitatem aliquam in se habent, nec omnino obijcienda sunt, si tamen huiuscemodi speciem illa præ se tulerint, vt nullius precij esse videantur: mala enim & bona digna ducimus, de quibus cura suscipiamus, & in quibus studij multum collocemus: illa, vt euitemus: hæc, vt consequamur: quæ vero nihil, aut admodum parua sunt, pro nihilo habenda esse putamus; ———

DE AFFECTIBVS.

Ira.

* Oligoriæ species erunt tres

1 Contemptio, καταφρόνησις. Qui enim contemnit, paruiducit. quia quæ nihili æstimanda putant, ea contemnunt. Quæ autem homines nullo precio digna existimant, eadem & paruifaciunt.

2 Incommodatio, Επηρεασμὸς, est alicuius studium alij aduersandi, ac conatus desideriaq; illius impediendi, non vt commodum aliquod ea re ipse nanciscatur, verum vt eius commoda corrumpat. Quia igitur dat operam vt alij incommodet sine vlla sua vtilitate, parui illum ducit. planum est enim, ipsum firmiter credere se ab eo lædi non posse. metuisset enim, non paruifecisset: nec vlla etiam in re adiuuari, quæ momenti aliquid habeat: etenim fieri illi amicus studuisset.

3 Contumelia, ὕβρις, est detrimentũ importare, ac dolorem inurere in ijs rebus, è quibus dedecus gignitur illi, qui cõtumeliã perpetitur,

- Non vt inde quidpiam sibi cõmodi comparet,
- Non quia aliquid antea gestum ab eo sit, quod nollet. (Hic enim non cõtumeliosus esset, sed vltor iniuriæ acceptæ)
- Vt solum oblectetur. Voluptatis hui⁹ causa est, qa arbitrantur se, dũ volentes ĩpsis incommodant, magis pstaturos. Vnde videm⁹ esse contumeliosos
  - Adolescentes,
  - Diuites.
  - Putãt.n. se ceteris antecellere, cum contumelias inserũt.

Proprium autẽ contumeliæ est, dignitatẽ atq; existimationẽ alicui eripere. quod q facit, parui oĩno facit. Idem.n., qđ nulli⁹ pcij est, in nulla æstimõe hr neque mali, neq; boni. Quãobrẽ iratus Achilles Nullo, inquit, precio me dignũ æstimauit. etenĩ me præmio, ab exercitu mihi ob virtutẽ tributo, spoliauit. Et, Me tractauit vt abiectum aliquem & nulli⁹ pcij hominem, & q crebro sedes mutaret. Aequum enim putant, magni duci

- Ab ijs, Qui inferiores sunt
  - Genere,
  - Opibus,
  - Virtute.
- Ab ijs, à quib. putant, se commodis beneficijs que affici oportere. Sunt autem ij, quibus qspiam
  - Benigne aut
    - Fecit,
    - Facit,
    - aut
      - Ipse.
      - Suorũ aliqs.
  - Bono esse aut
    - Vult,
    - Antea voluit.
- Qua qsq; re alij pstiteris: Vt
  - In pecunia, diues à paupere.
  - In dicendo, disertus ab indiserto.
  - In dominatu ipso, Rex ab ijs, qui imperio ipsius tenẽtur.
  - Qui se principatu dignum putat, ab ijs, qui digni sunt quibus imperetur. Quapropter dictum est ab Homero: Magna est Regum ira. Et, quãuis bilem concoxerint, multum tamẽ simultatis in animo retinent. Stomachãtur autem, quia putant se antecellere ipsis.

Contemptionis præterea loci sunt etiam 8.9.13.15.16.17.18.19.20.21.23.24.25.26.27.28.29.30.

DE AFFECTIBVS.

Ira.

Propoſitiones propriæ.

Facile iraſcuntur ij,

1 Quos ægritudo aliqua conficit. Quicunque enim animo dolet, idem aliquo deſiderio alicuius rei tenetur.
2 Qui graui morbo laborant.
3 Qui paupertate premuntur.
4 Qui amant.
5 Qui ſitiunt.
6 Qui vehementiore aliqua cupiditate tenentur, nec deſiderijs illis ſuis, aliqua re impediti, frui poſſunt.

Iraſcuntur ijs, qui

1 Cupidini ipſorum aduerſati fuerint, ſiue
- Directò: Vt ſiquis ſiti affectum non ſinat ſitim ſuam explere.
- Non directò. Quamuis enim aliter ipſum læſerit, idem tamen facere videtur.

2 Studijs ipſorum aduerſantur.
3 Cauſam, cum poſsint, non adiuuant.
4 Commoda, vlla in re interpellarint.
5 Miſerum illum ſtatum, in quo tunc ſunt, ſubleuare negligunt: Vt
- Aegrotans, illis, qui in rebus ijs moleſti ſunt, quæ ad morbum pertinent.
- Egeſtate laborans, in ijs, quæ ad paupertatem.
- Bellum gerens, in ijs, quæ ad belli adminiſtrationem attinent.
- Amore captus, in ijs, quæ ad ardorem illum animi extinguendum faciunt. Similiter vero & in ceteris.

  Præparatur enim quiſq; ad ſuam cuiusq; iram ab affectu eo, qui inſitus eſt.

6 Ipſos impediunt, cum ab ijſdem opem præſidiumque expectarent, Maiorem enim dolorem importat incommodum, quod magnum inſperatumq; eſt. quemadmodum etiam delectat, quod valde præter opinionem accidit, ſi, quod volumus, accidit.

7 Rationem non habent
- Anni tempeſtatum.
- Temporum.
- Affectionum.
- Aetatum.
- Occupationum.
- Locorum.

  Magis enim proni ſunt ad iram homines, cum magis his rebus tenentur.

DE AFFECTIBVS.

Ira.

8 Deridcnt.

9 Ludibrio habent.

10 Aculeatis quibuſdam dictis eos lædunt.

11 Lædunt in ijs rebus, quæ ſpeciem habent contumeliæ.

Neceſſe eſt autem huiuſcemodi ſint, quæ agunt, non
- Vt acceptum dolorem vlciſcantur.
- Quòd meliores res ſuas inde ſe facturos putent.

12 Verbis ipſos inſectantur.

13 Deſpicatui ipſos du cunt ijs in rebus, in quibus multũ ſtudij adhibent, Vt qui
- Exiſtimant ſe in ſtudijs ſapientiæ multum profeciſſe.
- Ob ſpeciem corporis multum ſibi tribuunt. Similiter vero etiam in alijs

Multo ægrius tamẽ ferunt, ſi ſuſpicẽtur
- Hæc non adeſſe ſibi,
- Se nõ firmiter hæc tenere.
- Aliter de ſe exiſtimari.

Vt contra, cum cõpertum habent ſe plene perfecteq; illas artes noſſe, quamuis ipſas neſcire ab aduerſarijs dicantur, nihil ad ſe pertinere exiſtimant.

14 Cum ſint amici, huiuſcemodi quicquam, quod ipſis moleſtum ſit, fecerint. Iraſcuntur enim his magis, quàm ijs, qui amici non ſunt. arbitrantur enim partes fuiſſe illorum, ipſos potius ornare, & nouis commodis augere, quàm partis iam ornamentis boniſque ſpoliare.

15 Præteritis temporibus conſueuerunt
- Ipſis honorem habere,
- De ipſis curam ſuſcipere,

ſi poſtea idem non faciunt. Exiſtimant enim ſe ab illis contemni tunc ac deſpici. niſi enim hoc eſſet, eoſdem ſibi illos honores habituros fuiſſe.

16 Pro acceptis beneficijs
- Beneficia nõ reddunt.
- Non pari officio commodoque remunerãtur.

17 Contrarijs rebus ſtudent, ſi fortunis opibuſque inferiores fuerint.

Hi enim omnes deſpicatui habere videntur: & ſane ipſorum alteri vt
- A tenuioribus ornati cõmodiſq; aucti, qui hoc facere tenebantur.
- Eos, qui inferiores ſe humilioreſque ſint.

18 In nulla hominum exiſtimatione ſunt. Quibus magis iraſcuntur, ſi viſi fuerint aliqua in re paruiducere. In explicanda enim vi iracundiæ hoc traditum eſt, gigni iram aduerſus eos, qui aliter ſe atq; ipſos oporteret, gerunt. Eſt enim tenuiorum officium non paruifacere meliores ſe, ſed colere & obſeruare.

DE AFFECTIBVS.

Ira,

19 Cum amici sint
- Non bene dicant,
- Non bene faciant.
- Contraria faciant.
- Non animaduertant nos egere. Quam ob causam ab Antiphonte poeta Plexippus Meleagro iratus inducitur. Non sentire enim, neq; animaduertere, paruiducentis est. Quæ enim curamus, nos non fallunt.

20 Incommodis ipsorum infortunijsque lætantur.

21 In malis ipsorum rebus securo tranquilloque animo sunt.

Qui enim alterutrum horum committunt, aut
- Hostes sunt.
- Parui ducunt.

22 Non metuunt aliquid facere dicereque, quod ipsis ægritudinem afferat. Atque hæc causa est, cur detrimenta aliqua accepta renunciantibus homines irascuntur.

23 Audiunt, quæ ipsorum existimationẽ lædunt.

24 Res suas malas spectant.

Similes enim sunt aut
- Paruifacientibus.
- Inimicis. Amici enim, cum huiuscemodi aliquid vident, anguntur, nec spectare possunt, eodemque pacto animo afficiuntur, atque illi affecti sunt, qui in ipsis malis versantur.

25 Contemnunt ipsos apud eos,
- Cum quibus de honore & gloria contendunt.
- Quos suspiciunt.
- A quibus se suspici volũt.
- Quos reuerentur.
- Qui reuerentur ipsos.

Apud hos siquis contemnat, grauius irascuntur.

26 Parui ipsos ducunt, lædendo personas illis, quas nisi ipsi tutati fuerint, dedecus admittunt, vt
- Parentes,
- Liberos,
- Vxores,
- Quibus ipsi præsunt.

27 Acceptum beneficium non compensant, ingratique sunt. Parui enim pendere, à quibus adiuti sunt, nullo modo conuenit hominibus.

28 Iocantur, tunc, cum ipsi serio agunt. Valet enim ad contemptionem iocus.

29 In alios benefici ac liberales sunt: nisi benigne quoq; ipsis faciant. Existimant enim se ab illis contemni nec ijsdem beneficijs, quibus alios ornant, dignos existimari.

30 Ipsorum obliti fuerint. Vt si pene nomen alicuius memoria nobis exciderit. Obliuio enim hæc signum argumentumque est, ꝙ is, qui è memoria elabitur, parui à nobis ducatur. Siquidem ex neglectu nascitur obliuio. Non curare autem aliquid, est illud paruiducere.

Ex his omnibus intelligi potest, officium esse boni oratoris, ipsum oratione sua
- Efficere iudices tales, quales existunt, qui in iram procliues sunt.
- Ostendere aduersarios ijs rebus culpisque affines esse, quæ iustam iram contra se commouere solent: siue huiusmodi ipsos esse, cuiusmodi sunt, quibus irasci homines consueuerunt.

DE AFFECTIBVS.

Lenitas.

Definitio.

Lenitas est constitutio & sedatio iræ perturbati animi.

Ratio tripartita.

Quomodo ipsi affecti. | Aduersus quos. | Propter quæ.

Propositiones propriæ.

Lenes erunt erga eos, q

1 Non paruifecerint.

2 Inuiti fecerint,

3 Non sponte fecisse videantur.

4 Ab ijs, quæ commiserint, diuersa se facere voluisse ostenderint,

5 Erga se ipsos quoque tales sæpe esse, quales tunc aduersus illos fuerint, intelliguntur. Nemo enim creditur se ipsum paruiducere.

6 Se fecisse fatentur: & pœnitet. Hi enim pœnas pendunt, cum ægritudine conficiuntur. quo quidem homines placari solent. Argumento nobis erit seruorum castigatio. sæuiores enim sumus in pernegantes, verbisque nobis aduersantes: contraque, cito iram furoremque animi abijcimus, cum illi se merito plecti confitentur. Siquidem ea, quæ plana & aperta sunt, ~~inficiari, vacare pudore est.~~ quos autem nihil pudet, ij paruiducere & despicatui habere videntur. Quos igitur valde conte~~mnimus, eosdem ipsos quoque nihil~~ veremur.

7 Se abijciunt, cunctaque faciunt, quæ humiliores potentioribus facere consueuerunt: &, siquid etiam audierint, quod ipsos male vrat; non verbis aduersantur. Hi enim videntur fateri se inferiores esse. inferiores autem timent. qui vero timet, nemo paruifacit. Iram autem aduersus eos, qui se summittunt, cessare, canes quoque indicant, qui prostratos humiq; iacentes non mordent.

8 Cum serio agentibus serio & ipsi agunt. Apparet enim nos studio, non contemptu dignos existimari.

9 Maiora beneficia contulerint, quàm fuerint iniuriæ.

10 Rogant & deprecantur. Humiles enim demissique fiunt.

11 Nec { Contumelia afficiunt, / Ludibrio habent, / Parui ducunt } vel { Aliquem. / Bonos, / Quales ipsi sint. } Prorsus autem ex contrarijs considerare oportet ea, quæ animos placare, & omnem simultatem discutere possint.

12 Ab ipsis timentur: quosque verentur. Donec enim ita animo affecti sunt, vt metuant ipsos aut vereantur, non possunt ijsdem illis irasci. Fieri enim nullo modo potest, vt quempiam metuamus, eidemque eodem tempore irascamur.

DE AFFECTIBVS.

Lenitas.

13 Ira perciti fecerunt, quod ipsos læserit. His enim aut { Non irascuntur. / Leuius irascuntur. } Nam nullo modo ob contemptum videri possunt fecisse. nemo enim iratus paruifacit. nam qui parui ducit despectuique habet, ægritudine vacat: ira semper ægritudinem coniunctam habet.

14 Ipsos verentur. (Hoc & loco 12. habes.)

Lenes sunt ij, qui

1 Contrario modo afficiuntur atque affecti sunt cum irascuntur. Vt in
- Ludo & iocis.
- Risu.
- Festis diebus.
- Secundis rebus.
- Re aliqua ex sententia confecta.
- Cibi saturitate.
- Doloris vacuitate ac voluptate, quæ tamen non efferatur contumelia.
- Bona spe.

2 Multo antea tempore iniuriam acceperunt, nec statim iram explere potuerunt. Hanc enim naturam habet tempus, vt iram conterat atque extinguat.

3 Pœnas ab illo ceperunt, cui minus irati erant. Mansuetiores enim fiunt erga illum, cum quo acerbiores inimicitias exercebant. Nam sumptū antea ab altero supplicium maiorem etiam aduersus alterum iram minuit atque sedat. Quam obrem recte Philocrates: qui cum apud populum Atheniensem offendisset, amicusque ei homo ira adhuc ardente populo, interrogaret, cur non causam suam diceret, respondit, non dum tempus esse: cum, quid expectaret, ille iterum percunctaretur; cum alium, inquit, videro eiusdem culpæ, & falso crimine, vt me, in iudicium vocatum. Placabiliores enim fiunt, cum in alterum omnem iracundiæ vim effuderint. quod de Ergophilo legimus, qui cum populum sibi magis, quàm Callistheni infensum haberet, omni tandem periculo liber euasit, quia pridie Callisthenes capitis damnatus fuerat.

4 Aduersarium in iudicium vocatum vicerint: studioq; suo, vt ab iudicibus condemnaretur, effecerint.

5 Maius aliquod commodum accepisse aduersarios videant, quàm ipsi irati illis fecissent. Videntur enim quasi sibi pœnas, quas cupiebant, sumpsisse, cum ipsos male habitos vident.

6 Cogitant se improbe antea in ipsos, qui tunc læserunt, quippiam fecisse, meritoq; plecti. Neq; enim excitatur ira contra id, quod iure factum est. non enim amplius putant, se iniuria læsos.

DE AFFECTIBVS.

Lenitas.

læsos, Ira autem hinc commouetur. Quam ob rem operæ precium est, vt eos prius oratione castigemus, atque efficiamus, vt ipsi plane intelligant, quasiq; oculis cernant, se commeritos pœnam. Nam & serui minus indigne ferunt supplicia, quæ de ipsis sumuntur, si hoc modo cum eis agamus.

7 Existimant eos, quos multis malis vexarint, non intellecturos se ab ipsis incommodis illis affici, & pro quibus ipsi antea in eos petulantes iniuriosique fuerant. Ira enim aduersus certam personam, & propter certam iniuriam suscipitur. Quam ob rem scite fictum est à Poeta (Odyss. 9.) Vlyssem illum vrbis expugnatorem hæc verba in Polyphemum iactasse: Si quis te mortalis, Cyclops, à quo tam acerba turpique pœna affectus sis, percunctatus fuerit, respondeto, Vlyssem illum euersorem Troiæ hanc tibi cladem importasse. Nam & patriam, & parentes, & omnia, quæ callide antea texerat, breui illi exposuit, vt qui tantas iniurias sibi vlcisci visus non fuisset, nisi Polyphemus & à quo tam male tractatus fuisset, & pro quo ipsius facto, accepisset. Quam ob rem neque illis irascuntur, quicunque sint, qui nihil omnino sentiunt: neque mortuis etiam, tanquam extremum omnium malorum perpessis, & amplius non dolituris aut pœnam sensuris: cuius rei desiderio tenentur irati. Præclare igitur de Hectore Homerus, cum furorem rabiemque Achillis contra ipsum mortuum sedare vellet: Surdam iam, inquit, nihilque sentientem terram insaniens vexat. Græce sic; κωφὴν γὰρ δὴ γαῖαν ἀεικίζει μενεαίνων.

DE AFFECTIBVS.

Amor.

Definitio.

Amare est non tantum cupere alicui ea, quæ commoda arbitratur, illius ipsius, quem amat, non sua, causa; sed etiam, quo ad per ipsum fieri potest, procuratorem effectoremque eorum esse.

Ratio tripartita.

Quomodo ipsi affecti, Quos homines, Propter quæ ament.

Propositiones propriæ.

1 Qui alicuius rebus { Bonis gaudent, / Malis dolent, } nulla alia, nisi illius ipsius causa. Cuncti enim lætitia afficiuntur, cum res eueniunt, vt voluntas ipsis ferebat: cum autem contrariæ, dolent. Lætitia enim dolorque, quid in animo habeamus, indicant.

Quoniam Amicus est, qui, vt amat, ita etiã amatur: necesse est Amicos esse eos, ac mutuo se amare,

2 Quibus eadem videntur vel { Bona. / Mala. }

3 Qui eosdem habent aut { Amicos. / Inimicos. }

Eadem enim, quæ alter eorum vult, alter velit necesse est. Quapropter cum alij optet, velitque, quæ sibimet; speciem habet amici.

DE AFFECTIBVS.

Amor.

Amant etiam hi, etsi reda mētur non necesse est: qui amant

- 1 Eos, qui beneficijs affecerunt vel —
  - Ipsos.
  - Quos diligunt, carosque habent.
  - Quæ beneficia sint vel
    - Magna.
    - A prompto alacriq; animo profecta.
    - In tempore facta.
    - Causa ipsorum facta.
- 2 Eos, quos dare velle beneficium arbitrentur.
- 3 Amicos amicorum.
- 4 Amantes, quos ipsi amant.
- 5 Eos, qui amantur ab eis, qui à se amantur.
- 6 Eos, qui sunt eorundem inimici.
- 7 Eos, qui oderunt illos, quos ipsi oderunt.
- 8 Eos, qui odio habentur ab illis, qui à se odio habentur.
  - (2–8) Quæ enim res conducunt illis omnibus, & ipsis quoq; bono esse ac conducere videntur, vt cogantur illis res bonas velle. quod amici proprium esse declaratum est supra.
- 9 Eos, qui alijs præsidio esse consueuerunt ad
  - Inopiam propulsandam.
  - Salutem defendendam.
  - Quæ quidem causa est, quod vulgo honorant viros
    - Liberales.
    - Fortes.
- 10 Aequos & iustos. Tales vero arbitrantur esse eos, qui non ab alijs viuunt, id est, non aliorum damno rem suam ac commodum augent. Hi vero sunt, qui suo ex labore sibi victum quærunt, Vt —
  - Agricolæ.
  - Opifices, qui ipsimet opus faciunt.
- 11 Temperantes.
- 12 Eos, qui à curiositate & ab omni negocio alienam vitam ducunt.
  - (11–12) Quia non sunt iniusti.
- 13 Eos, quos sibi amicos fieri volunt, si parem in illis voluntatem perspexerint. Hi vero sunt, qui —
  - Eximiam aliquam virtutem habent.
  - Spectati probatiq; sunt vel
    - Omnibus.
    - Optimis viris.
    - Ijs, quos ipsi admirantur.
    - Ijs, qui ipsos admirantur.

DE AFFECTIBVS.

Amor.

14 Eos, qui in vita communi, & quotidiana consuetudine sunt iucundi. quales sunt
- Faciles.
- Non redarguentes peccata aliorum.
- Non studiosi concertationum.
- Non perpugnaces in disputando, hoc est non ægre in disputationibus in aliorum sententiam venientes.
  - Pugnant enim hi, aduersanturq; omnibus. Qui autem pugnant, contraria velle videntur.
- Qui in alios dicere possunt, ac siquid in ipsos dictum sit, patienter ferunt. Eodem enim studio tenentur, eundemq; cursum petunt ac ij, quos proximos habent, cum quibusque viuunt. nam possunt leuiter ipsos facetis dictis mordere, & eorum etiam morsus æquo animo sustinent. Quæ virtus ἐπιδεξιότης appellatur.

15 Eos, qui laudant bona, quæ in ipsis sunt, eaque maxime, quæ sibi vt adsint, verentur.

16 Mundos elegantesq;
- Facie.
- Vestimentis.
- Tota viuendi ratione.

17 Eos, qui longe ab his moribus absunt, vt exprobrent
- Peccata.
- Beneficia.
  - Vtrique enim ad redarguendum propensi sunt.

18 Eos, qui non valde
- Præterita mala recordantur.
- Iniurias acceptas animo custodiunt.
  - sed facile recōciliantur. Quales enim aduersus alios eos intellexerint, tales & erga se sperant futuros.

19 Eos, qui
- Non sunt maledici.
- Non non norunt mala sed bona tantum aut
  - Propinquorum.
  - Ipsorum.
    - Boni enim viri hoc faciunt.

20 Eos, qui non aduersantur
- Irascentibus.
- Serio aliquid agentibus.
  - Concertare enim quasi cum illis velle videntur.

21 Eos, qui erga ipsos aliquo modo studiose se gerunt, vt qui
- Admirantur ipsos.
- Ipsos virtute præditos admirantur.
- Ipsorum consuetudine gaudent.

22 Eos, quos vidēt
- Ob eas res se admirari, propter quas in primis cupiunt admirabiles videri.
- Putare se eximios ac studiosos ijs in rebus, in quibus tales cupiunt haberi.
- Oblectari ipsis in illis, in quibus iucundi cupiunt videri.

23 Pares ac ijsdem studijs deditos, nisi molesti fuerint, neque ex eadem arte studioque victum quærunt. Sic enim accidit illud: Figulus figulo.

DE AFFECTIBVS.

Amor.

24 Eos, qui earundem rerum cupiditate tenentur. vbi tamen illarum rerum natura hoc patiatur, vt ambo simul desiderij compotes fiant. Quod ni fit, idem quoque, quod superius accidit.

25 Eos, erga quos ita animo affecti sunt, vt ipsos non pudeat coram illis ea facere, quæ vulgo turpia habentur: excepto tantum si quando à contemptu personarum id nascitur.

26 Eos, apud quos verentur ea facere, quæ ad veritatem improba sunt.

27 Eos, apud quos in precio & honore esse cupiunt.

28 Eos, quos cupiunt habere æmulos atq; imitatores rerum suarum, non tamen obtrectatores laudum. Hos aut { Amant. / Amici illis fieri cupiunt.

29 Eos, quos studio suo adiuuerint, vt aliquod bonum adipiscerentur. nisi forte ex eo officio grauiora quædam mala in ipsos casura sunt.

30 Eos, qui absentes æque ac præsentes amant. Itaque qui erga mortuos sunt tales, diliguntur ab omnibus.

31 Eos, qui amicos vnice diligunt.

32 Eos, qui, cum res aduersæ premunt, amicos non deserunt. In primis enim ex bonis amant eos, qui boni amici sunt.

33 Eos, qui nihil secum fingunt. Ij autem sunt, qui res quoque suas malas aperiunt. Dictum est enim, homines non solere vereri amicos in rebus, quæ ad opinionem sunt. Si qui igitur veretur ac metuit, non diligit: qui non reformidat, ac sua infortunia detegit, diligere videtur.

34 Eos, qui non sunt horribiles ac metuendi.
35 Eos, quibus confidimus.
} Nemo enim, quem metuit, diligit.

Amicitiæ species sunt:
1 Sodalitas.
2 Necessitudo.
3 Propinquitas, & quæcunq; eiusmodi. de quibus vide lib. 8. de moribus ad Nicomachum.

Amicitiam conciliant:
1 Beneficium.
2 Commoda vltro deferre, nec preces ipsius expectare.
3 Cum beneficium contuleris, alijs non indicare. Cum enim hoc fit, intelligitur eius gratia factum esse, nullamque aliam ob causam.

DE AFFECTIBVS.

Odium.

Propositiones propriæ, à contrarijs Amicitiæ locis.

Odium gignentia.

- 1 Ira, quæ differt ab Odio, quod
  - Ira
    - 1 Excitatur ex ijs rebus, quæ ad ipsum suosque referuntur.
    - 2 Contra singulos homines suscipitur, vt Calliam, Socratem.
    - 3 Tempore sanari potest.
    - 4 Dolorem inurere cupit. Sentiri enim malum vult, qui alicui iratus est, cum eum vlciscitur. Quæ vero dolorem faciunt, sentiũtur omnia. Quæ autem maxime mala sunt, ea minime sentiuntur, { Iniustitia. Imprudentia. } Vitij enim præsentia nullum dolorem inurit.
    - 5 Aegritudinem adiunctam habet. Qui enim alicui iratus est, mœrore conficitur.
    - 6 Multis malis obruti miseresceret.
    - 7 Talionem pati vult eum, cui irascitur.
  - Odium
    - 1 Excitatur ex nonnullis etiam rebus, quæ ad eos ipsos minime pertinent. Si enim huiuscemodi esse quempiam suspicamur, eum odio habemus.
    - 2 Contra genera quoque hominum suscipitur, Nam & furem & delatorem vnusquisque odit.
    - 3 Tempore sanari non potest.
    - 4 Damnum importare ac perniciem gestit, neq; sua interesse putat inimicus, sentiatne ille, an non sentiat, cui damnum attulit.
    - 5 Aegritudine vacat. Qui enim odit, non mœret.
    - 6 Omnibus etiam ærũnis oppresso inimico, nõ miseretur.
    - 7 Non esse vult, ac extingui, quem odit.
- 2 Incommodatio, ludibrij causa importata.
- 3 Criminatio. (pag. 2.)

Qui hasce propositiones rectè perceperint, facultatem habebunt

- 1 Declarandi { Inimicos / Amicos } esse: qui sint, cum antea non intelligerentur.
- 2 Efficiendi { Inimicos, / Amicos, } quando etiam non sint.
- 3 Disturbandi { Inimicitias: / Amicitiam: } cum affirment se esse vel { Inimicos. / Amicos. }
- 4 Deducendi rem, in quam partem ei, qui dicit, commodum sit: cum controuersia inciderit, num factum sit aliquid propter { Iram. / Odium. }

DE AFFECTIBVS.

Metus.

Definitio.

Metus est ægritudo quædam, aut perturbatio animi, orta ex obuersatione speciéq; quadam futuri mali, quod nobis afferre posſit aut { Interitum. / Dolorem. } Neq; enim mala omnia metuuntur, vt si sit iniustus, aut mente ingenioq; tardus. Sed ea tantum, quæ aut dolores magnos, aut interitum minantur, maximeq; si non valde remota sunt, sed ita propinqua, vt impendeant. Quæ enim longe admodum absunt, ea homines non metuunt. nemo enim est, qui nesciat se moriturum, sed, quia non propediem, curam non suscipit.

Ratio tripartita.

Cuiusmodi res metuant, Quo homines, Quomodo affecti sint animo.

Propositiones propriæ.

Horribiles res, ac metuendi hoïes hi sint necesse est.

1 Quæ videntur vim habere magnam { Interimendi. / Detriméta importádi, quæ acerrimos dolores animi pariant. } Quare & horum indicia & notas reformidamus. ex quibus apparet prope esse, quod ipsum iam terribile ac metuendum sua vi est. Hoc vero ipsum periculum est, rei metuendæ appropinquatio. Huiuscemodi vero sunt simultates iræq; eorum, qui facultatem habent nocendi. Perspicuum est enim eos velle ac posse nocere. quare parum abest, quin faciant.

2 Iniustitia, si vires nacta est. Iniustus enim eo ipso ꝙ studio ac iudicio peccat, iniustus est.

3 Virtus contumelia affecta: si à viribus potestateq; nocendi destituta non sit. Cum enim semper certum illi sit, ludibrio non esse inimicis: nunc quoque cum scilicet vires adepta est, potest eos facile vlcisci.

4 Metus eorum, qui opes ac facultatem habent nocendi. Qui enim metuunt, necesse est, omnia comparata & ipsi habeant, quibus salutem suam custodiant. illis autem periculum quoque alijs creare possunt.

5 In aliorum potestate ac fide vitá suam collocatá habere. Pleriq; enim sunt { Improbi. / Lucro obnoxij. / In periculis timidi. } Quare qui conscij sunt ei, qui atrox aliquid patrauit, metuédi sunt, ne aut { Spe lucri capti enuncient. / Propter metum ab officio recedant. }

6 Qui possunt iniuriam facere, semper ijs, qui possunt pati. Plerunque enim homines iniuriam faciunt, cum possunt.

DE AFFECTIBVS.

Metus.

7 Qui iniuriam aut
- Paſsi ſunt.
- Se paſſos eſſe arbitrantur.

Hi enim ſemper vlciſcendi tempus ſeruant.

8 Qui iniuriam fecerunt: ſi vires ac facultatem nocendi habent. cum timeant, ne, quod malum alijs im portarunt, in ipſos reuertatur. Poſitum enim fuit hoc ipſum eſſe terribile ac metuendum. 4.

9 Qui cum aliquo de ijſdem honoribus ac præmijs certant. cum earum rerum, de quibus pugnant, ambo ſimul compotes eſſe non poſſunt. Semper enim aduerſus hos hoſtilis animus in illis viget.

10 Qui ſunt præſtantioribus, quàm ipſi ſint, metuendi. Si enim meliores lædere queunt, infirmiores mul to facilius detrimento afficere poſſunt.

11 Quos præſtantiores, quàm ipſi ſint, metuunt: propter eandem cauſam.

12 Qui necem præſtantioribus, quàm ipſi ſint, attulerunt.

13 Qui, aggrediuntur minores, quàm ipſi ſint, inferioresq́;. vel enim
- Iam metuendi ſunt.
- Aucti viribus ne pares nobis aut ſuperiores iam ſint.

14 Cum periculum nobis ĩpendeat &
- Ab his, quos iniuria affecimus.
- Ab hoſtib⁹.
- Ab ijs, qui nobiſcũ de re aliqua cõ tendunt.

Omnium horum maxime metuendi ſunt, non qui
- Facile excandeſcũt.
- Libere loquuntur.

ſed
- Sedati.
- Diſsimulatores.
- Callidi ac vafri.

Incertum eſt enim, an prope ſint, ac paulo poſt impetum facturi. Quare nunquam liquido ſciri poteſt, an remota ſint damna illa, quæ nobis ab his importari queant.

15 Ex omnibus metuendis illa terribiliora fiunt,
- Quæcunq́;, ſi errarint, corrigi non contingit, ſed aut
  - Emendari omnino non poſſunt.
  - Remedia non in noſtra, ſed in aduerſariorum manu conſtituta ſunt.
- Quorum auxilia ſunt aut
  - Nulla.
  - Non facilia.

16 Metuenda ſunt illa, quæ miſericordia digna videntnr, cum alijs aut
- Euenerunt.
- Euentura ſunt.

DE AFFECTIBVS.

Metus.

Cum metus adiunctam habeat expectationem mali, quod perdere valeat: necesse est metus

- Cadat in eos, qui
  - Arbitrantur se perpeti posse aliquod malum.
  - Personas has timent, à quibus incommodum sibi instare putant.
  - Timent hæc mala, si non omnia, quibus obnoxios se iudicant.
  - Suspecta tẽpora illa habent, quibus se incidere posse in malum existimant.
  - Non nihil spei habent de salute, de qua omni re soliciti sunt & anguntur. Argumento hoc esse potest, ꝙ timor reddit homines diligentes deliberatores, & accuratos ipsos in rebus perpendendis facit. De rebus enim, quas se efficere nullo modo posse arbitratur, nemo in deliberationem venit,
- Non cadat in eos, qui
  - Arbitrantur se nihil damni sustinere posse.
  - Contra aliquas iniurias se tectos opinantur.
  - Nullum periculum sibi impendere existimant
    - Ab aliqbus personis.
    - Certis temporibus.
  - In summa fortuna sunt, ac Florentes res suas intelligunt. Quos hoĩes videmus
    - Esse cõtumeliosos.
    - Parui reliquos ducere.
    - Audaces in piculis subeũdis esse.
    - Quæ vitia pficiscũtur à
      - Diuitijs.
      - Eximijs corporis viribus.
      - Multitudine amicorum.
      - Potentia & opibus.
  - Se acerbissimos quosq; casus subijsse putant.
  - Torpent iam, & quasi frigore dissoluti sunt, atque ita omnem spem rerum bonarum abiecerunt, vt perpetuas miserias illas, quibus premuntur, futuras putent. In quorum numero sunt, qui ad supplicium ducuntur.

Cuius ratio poscit, vt ij, apud quos dicit, timeant: is eos ita oratione cõformare debet, vt doceat huiuscemodi esse, quales sunt, in quos aduersa multa incommodaq; cadere possunt, planum illis faciẽdo

- Maiores amplioresq; , quàm illi sint, olim damna perpessos esse.
- Pares æqualesque mala huiusmodi multa aut
  - Pati
  - Passos esse
    - Ab his, à quibus nihil periculi sibi impendere putabant.
    - Quibus tẽporibus tutos se ab omni huiuscemodi periculo esse arbitrabantur.

DE AFFECTIBVS.

Fidentia.

Definitio.

Fidentia, quæ contrariam timori naturam habet, ſpes eſt cum huiuſcemodi quadam cogitatione ſpecieve, quòd res, quæ
- Saluti nobis eſſe poſſunt, prope iam adſint.
- Perterrere merito nos debent, aut
  - Nullæ inueniantur.
  - Admodum remotę ſint.

Ratio tripartita.

- Cuiuſmodi in rebus,
- Cuiuſmodi in hominibus,
- Quomodo animo affecti, fidentes ſint.

Propoſitiones propriæ.

Fidētiores nos reddunt hæ res, atq; hi homines,
- 1 Cum res
  - Atroces, longe abſunt.
  - Quæ animos addunt, prope ſunt.
- 2 Incommoda illa, quæ eam naturam habeant, vt reſarciri reſtituiq; poſsint.
- 3 Si auxilia nobis præſto ſunt, quibus incōmodū à nobis arceamus, & ea quidem aut
  - Multa.
  - Magna.
  - Vtraq;.
- 4 Si non ſint, qui iniuriam aut
  - A nobis acceperint.
  - Nobis intulerint.
- 5 Si aduerſarij æmuliq; aut
  - Nulli omnino fuerint.
  - Vires nocendi non habuerint.
  - Si opibus præditi ſunt, amici extiterint.
  - Beneficia nonnulla
    - In nos contulerint.
    - A nobis acceperint.
- 6 Si, quibus hæc, quæ nobis, conducunt, fuerint aut
  - Plures.
  - Viribus præſtantiores.
  - Vtraq; re ſuperiores.

Fidentes ita animo affecti ſunt,
- 1 Si exiſtimant ſe
  - Plura recte effeciſſe.
  - Nihil incommodi in rebus agendis ſuſtinuiſſe.
- 2 Si ſæpe in calamitates inciderint, atq; euaſerint. Duobus.n.modis hoīes expertes affectus fiunt, aut
  - Quia experti non ſunt.
  - Quia ſubſidia habent.
  - Vt in periculis maris bene ſperant, &
    - Qui imperiti ſunt tempeſtatis.
    - Quibus ſubſidia p̄ſto ſunt, propter peritiam.
- 3 Cum intelligunt rem illam metum nō afferre
  - Paribus.
  - Minoribus.
  - Ijs, quibus arbitrantur ſe præſtare. arbitrantur autem ijs
    - Quos antea vicerunt.
    - Quos, qui ipſis viribus præſtabant, ſuperarunt.
    - Quos pares ſibi ac ſimiles eſſe intelligunt.
- 4 Si plura & maiora ſibi ſuppetere arbitrentur, quibus qui excellunt, extimeſcendi ſunt. Ea vero ſunt
  - Pecuniarum multitudo.
  - Robur ac firmitas
    - Militum.
    - Amicorum.
    - Regionis.
    - Apparatuum belli
      - Omnium.
      - Maximorum.
- 5 Si iniuriam fecerint aut
  - Nemini.
  - Non multis.
  - Non ijs, à quibus timeant.
- 6 Si ea, quæ ad Deos pertinent, ſecunda ſibi ęſſe, & boni aliquid portendere vident, tum
  - Alia quæ vulgo nota ſunt.
  - Ea quæ profiteſcuntur à nonnullis
    - Signis.
    - Oraculis.
  - Iracundia enim fidentiores facit. Iniquo autem animo ſemper ferunt homines ſe iniuria affici, & iniuſte aliqua in re lædi, & cum id factum intelligunt, ſubito iraſcuntur: contra autem cum iniuriam à ſe ortam exiſtimant. Inſitum autem eſt in animis mortalium, diuinam omnē naturā opitulari hominib. iniuria affectis.
- 7 Cum arbitrantur ſe priores impetum facientes aut
  - Nihil pati.
  - Nihil paſſuros.
  - Rem bene geſturos.

DE AFFECTIBVS.

Pudor.

Definitio.

Pudor eſt ægritudo quædam, & tanquam tumultus quidam animi trepidatioq; circa illa mala, quæ in ignominiam ac dedecus ferre videntur, cum aut { Sunt. / Fuerunt. / Futura ſunt. }

Impudentia vero, eſt contemptus earundem rerum, cum aliquis paruiducit, nec commouetur nimo, ſi in huius generis mala incidat.

Ratio tripartita.

Cuiuſmodi rerum, | Apud quos, | Quomodo affectos pudeat.

Propoſitiones propriæ.

Quem pudet, ob huiuſcemodi mala pudere neceſſe ẽ, quæ turpitudinẽ importare credãtur aut ipſi, aut ijs, quos caros habet. Quales omnes actiones sũt, q̃ ab animi vitio proficiſcũtur, vt

- 1 In prælio abijcere clypeum.
- 2 Fuga ſalutem quærere.
  - } A timiditate enim oritur.
- 3 Non reddere depoſitum. Quod ab iniuſtitia proficiſcitur.
- 4 Corpus miſcere & concumbere { Quibuſcum non conuenit. / Vbi non conuenit. / Quando non conuenit. } Hoc enim intemperantiæ vitium eſt.
- 5 Quæſtum facere è
  - Paruis minutisq; rebus.
  - Turpibus.
  - Ijs, quæ fieri non poſſe videantur, vt à
    - Pauperibus tenuibusq; hominibus.
    - Mortuis. Vnde & prouerbium: A cadauere fructũ capere.
  - } Hoc enim naſcitur à { Sordibus. / Illiberalitate. }
- 6 Non ſubuenire copia tua cum poſsis, alicui anguſtia patrimonij laboranti. Aut Minus parciusq;, quàm oporteat, ſubuenire.
- 7 Pecuniam capere à tenuioribus, quiq; minus rei familiaris habeant.
- 8 Mutuam pecuniam capere, cum exiſtimatur aliquis numos à te petiturus eſſe.
- 9 Nouam pecuniam petere ab eo, quem intelligis repetiturum eſſe abs te numos ſuos.
- 10 Repetere pecuniam ab eo, quem vides iterum abs te petiturum.
- 11 Laudare aliquid alicui, vt id ab eo ſtatim auferas.
- 12 Repulſam paſſum, petere nihilo ſecius.
  - } Hæc quoque omnia ſigna sũt ſordium & illiberalitatis.
- 13 Præſentem laudare aliquem
- 14 Alicuius res ſupra q̃ vere fieri poſsit { Bonas laudare atq; extollere. / Malas cõterere atq; obſcurare. }
  - } Sunt enim adulationis indicia.

DE AFFECTIBVS.

Pudor.

15 Dolentis vicem vehementer dolere. Aliaque huiuſmodí omnia.

16 Non poſſe tolerare labores, quos ſuſtinent
- Seniores.
- Delicati homines.
- In maiori poteſtate conſtituti.
- Imbecilliores.

→ Mollitiei enim ſigna ſunt.

17 Commodis ab aliquo augeri.
18 Bonis identidem ab eodem cumulari.
19 Vetera beneficia exprobrare.

→ Hæc enim omnia puſilli animi & anguſti humilisq; ſunt.

20 Suas res prædicare.
21 De ſe magna quædam polliceri.
22 Recte facta aliorum ſibi adiudicare.

→ Hæc enim glorioſi hominis ſunt.

23 Quæ ab alijs etiam vitijs proficiſcuntur, ſiue
- Opera.
- Indicia, ſimiliaq;

→ Sunt enim &
- Turpia.
- Pudenda.

24 Rerum honeſtarum expertem eſſe, quarũ participes ſunt
- Alij omnes.
- Pares omnes, eiuſdem
  - Nationis.
  - Ciuitatis.
  - Aetatis.
  - Familiæ.
  - Cõditionis.
- Plurimi.

→ Turpe enim eſt non participem eſſe, vt eruditionis quadantenus, aliarumq; rerum eodem modo. Cuncta enim hæc turpiora ſunt, ſi ipſius culpa eueniſſe viſa fuerint. Eo enim iam deducta res eſt, vt à vitio animi proficiſci intelligatur, non iniquitate fortunæ aut aliorum culpa eueniſſe. cum ſcilicet ipſe ille cauſa extiterit macularum illarũ, quas aut
- Olim ſuſcepit.
- Tum ſuſcepit.
- In eum futuris tẽporibus caſuras intelligimus.

25 Intelligere ſe aut
- Pati
- Perpeſſum
- Perpeſſurum

→ ea, quę ptineant ad
- Exiſtiſtimationis offenſioné.
- Probra.

→ Qualia sũt, quæ ptinent ad miniſteria
- Corporis.
- Operũ turpium.

→ Quorũ quę referũtur ad
- Intẽperãtiã, ſuſcepta ſiue
  - Sua ſpõte,
  - Non ſua ſpõte,

  → turpia ſunt.
- Vim, ſuſcepta
  - Non ſua ſponte, turpia ſunt. Perpeti enim inuitum plagas, ꝓficiſcitur ab
    - Ignauia.
    - Timiditate.
  - Sua ſponte, maculam dedecusque non habent.

26 Non vlciſci.

DE AFFECTIBVS.

Pudor.

Quoniā Pudor obuersatio quędam animi est speciesq; de existimatiōis offensione concepta, & eius ipsius gratia, non autem incōmodorum eorū, quæ inde proueniunt; nemo vero existimationem curat, nisi propter eos, q existimant : eorū pudeat necesse est,

- 1 Quos in precio aliquo habeāt, quorumq; rationem ducāt. Rationem autē habent eorū
  - Qui sui admiratione capti sunt.
  - Quos admirātur ipsi.
  - Quos optāt in admirationē sui venire.
    - Sunt autem hi
      - Qui possident bonū qdpiam eorum, quæ honore digna iudicātur.
      - A quibus requirūt aliqd vehemētius ex ijs, quorum illi sunt domini, vt Amatores.
  - Cum quibus de honore contendunt. Hi sunt pares.
  - Quorum existimationem ac iudicium non contemnunt, prudentium inquam, vt vera prædicantium. Huiuscemodi vero sunt
    - Senes.
    - Eruditi.
- 2 Quæ in oculis & in aperto sunt. Vnde & prouerbium : In oculis pudorem habitare. Ac propterea eorū magis pudet, q
  - Semper affuturi sunt.
  - Ipsos attendunt.
  - Quia vtrunq; ante oculos est.
- 3 Quos sciunt ijsdem culpis minime obnoxios esse. Perspicuum est enim eadem studia ipsos non sequi, ac probare, neque de rebus illis eodem pacto sentire.
- 4 Qui vix cuiusquam delicto ignoscere consueuerunt. Vt enim vulgo fertur, nemo ea, in quibus ipse volutatur, alij crimini dare consueuit. Quare à contrario, cum ipse nihil eorum gerat, manifestum est in alijs ea reprehensurum.
- 5 Qui, quod viderūt, parum ipsis probatum, libenter cōmemorare solēt, ac multis prodere. Nihil enim refert illorū, qui in aliquo facinore deprensi sunt,
  - Non videri sua illa peccata.
  - Alijs non enuntiari.
  - Intelligunt .n. nisi diuulgata fuerint, se nō existimationem perdituros. Facile vero enunciant
    - Qui iniuriam acceperunt. quia semper eos adseruare solent, &, quid ab ipsis fiat, animaduertere.
    - Maledici. Cum enim morem habeant eos quoq;, qui nihil peccarunt, ob vitium animi ac maleuolentiam infamia respergere, quanto magis eos, qui aliqd flagitij admiserūt, insectabuntur?
    - Qui in proximorum peccatis occupantur. Cuiusmodi sunt
      - Subsannatores.
      - Veteris comœdiæ poetæ.
- 6 A quibus nunquam repulsam tulerunt. Perinde enim illi affecti sunt, atq; ij, qui suspiciūtur. Et hæc causa est, cur vulgo vereantur, ac pudet homines denegare ijs, qui primum quidpiam postularunt. vt qui nihil adhuc commiserint, vnde voluntatem eorum à se abalienarint. Huiuscemodi vero sunt &
  - Quibus paulo ante innatum est desiderium amicitiam nostram aucupandi. Conspexerunt enim, quæ optima in nobis sunt.
  - Veterum familiarium ij, qui nullius rei, quæ iure optimo reprehendi possit, nobis conscij sunt.

Pudet autem non solum

- Rerum, quas diximus, pudendarum, verumetiam signorum. Vt non solum cum Veneri operam dant, sed etiam signorum eius.
- Cum turpia faciunt, sed etiam cum loquuntur.
- Hominum, qui supra appellati sunt, verum etiam eorū, qui indicaturi sunt ipsis, quos veremur, vt
  - Seruorum.
  - Qui ipsis amici sunt.

Non pudet

- Puerorum.
- Belluarum.
- quorum quod ad veritatem pertinet, existimationem contemnunt.

At pudet

- Familiarium ac notorum in ijs, quæ ad veritatem
- Ignotorum externorumq; in ijs, quæ ad opinionem
- turpia sunt.

DE AFFECTIBVS.

Pudor.

Pudore corripiuntur homines,

- 1 Si quidam perinde se habuerint erga ipsos, ac eos diximus, quorum pudore afficiuntur. Erant autem hi
  - Qui suspiciuntur.
  - Qui suspiciunt.
  - A quibus suspici volunt.
  - A quibus rem aliquam necessariam requirunt, quam si existimationis nullius fuerint, minime impetrabunt.
  - Atq; hi si aut
    - Videãt.
    - In propĩquo sint.
    - Sensuri sint.
      - Homines enim, qui aduersis rebus premuntur, ac miseri facti sunt, conspici nolunt ab ijs, qui quondam ipsos fortunatos iudicarunt. Qui enim tam præclare de aliquo sentiunt, ijdem eum admirantur. Cydiæ quoque exemplum affert Aristoteles, qui cum persuadere vellet Atheniensibus, ne Samiorũ agros ciuibus suis diuiderent, doceretq; rem illam turpem esse; vt facilius pudorem ipsis exprimeret, postulauit, vt mentibus suis cogitarent, vniuersos Græcos pro corona stare, vt qui non solum audituri forent, quæ ab ipsis decernerentur, sed etiam præsentes spectaturi.
- 2 Cum habẽt, quæ dedecus afferũt actionibus & negocijs aut
  - Suis.
  - Parentum maiorumq; suorum.
  - Aliorum quorundam, quibuscum aliqua ipsis propinquitas intercedit.
  - Eorum, quorũ infamiam putant ad se pertinere. Cuiusmodi sunt ij,
    - Quos commemorauimus.
    - Qui ad ipsos referuntur. quorum fuere
      - Præceptores.
      - Consiliarij.
- 3 Si pares aliquos similesq; habeant, cum quibus de honore ac dignitate contendant. Multa enim propter hos verecundia eorum commoti &
  - Faciunt.
  - Non faciunt.
- 4 Si futurum est, vt aspiciantur, & cum conscijs in aperto versentur. Quamobrem & Antipho poeta, cum tympano torquendus à Dionysio esset, ac qui vna morituri erant, caput sibi, cum è publica custodia exirent, diligenter obuoluere animaduerteret: quid veremini, inquit, ne quis horum cras vos videat?

Impudentia.

Propositiones propriæ sumendæ erunt à contrarijs verecundiæ locis.

DE AFFECTIBVS.

Gratia.

Definitio.

Gratia eſt; ob quam, qui rem tenet, dicitur ſuppeditare egenti, quo caret. non ꝙ ipſe antea ab illo adiutus fuerit, aut vtilitatis aliquid ſe inde capturum ſperet, ſed, vt illi quidpiam boni, cui benigne facit, gignatur.

Ratio tripartita.

- Quibus perſonis,
- Quaſnam ob res,
- Quomodo affecti benefaciant.

* Propoſitiones propriæ.

- Magna erũt beneficia, quæ tribuerit aliquis
  - 1 Valde egenti.
  - 2 Cum dolore appetenti. Cuiuſmodi ſunt
    - Amantes.
    - Corpus vexatum habentes.
    - Qui conſtituti ſunt in
      - Periculis.
      - Paupertate.
      - Exilio.
      - Quacunque inopia.
  - 3 Magna & difficilia.
  - 4 Ijs temporibus, quibus premebat neceſsitas.
  - 5 Si ſubuenerit
    - 1 Solus,
    - 2 Primus,
    - 3 Studio ac liberalitate maxima.

- Beneficium illud extenuari poterit, cũ aut
  - Aliqui nobis commodauerit vel
    - Neceſsitate.
    - Caſu.
    - Sua ipſius gratia.
    - Reddens non dans beneficiũ, ſiue ſe nobis debuiſſe
      - Sciebat.
      - Ignorabat.
  - Non ſit eius generis, vt ita vocari debeat, ſed aut
    - Puſillum ac minutum.
    - Non tale.
    - Non tempore factum.
    - Non loco factum. Atq; ita in oẽs categorias intuendũ erit.

- Signa animi eorum, qui dederunt, minime in nos propenſi beneuoliq́ue, ſi aut
  - 1 Minus nobis adiumentum in præſentia, quàm olim, ſuppeditare nolunt.
  - 2 In inimicos contulerunt
    - Eadem, quæ in nos.
    - Aequalia.
    - Maiora.
  - 3 Rerum illarum, quas nobis largiuntur, vitia ſciunt: potiuſq́ue, vt ipſi abijciant, quàm vt nos ipſis ornent adiuuentq́ue, dilargiuntur. Nemo enim ſe viliſsimis deterrimiſq́ue rebus indigere fatetur.

DE AFFECTIBVS.

Miſericoridia.

Definitio.

Miſericordia eſt ægritudo quædam exorta ex eo, quod malum eſſe videatur, atque eorum generũ malum, quæ aut
- Ad interitum perducant,
- Dolorem cruciatumque afferant,

in eoq; poſitum ſit, qui illa fortuna indignus videbatur. quod malũ is, qui miſeretur, putet
- Poſſe pati aut
  - Se,
  - Suorum aliquem.
- Propinquum eſſe.

Ratio tripartita.

- Quæ res quiq; caſus miſerabiles ſint,
- Quorum hominum,
- Quomodo ipſi affecti miſereantur.

Propoſitiones propriæ.

Miſerentur hoĩes hi,
- 1 Qui putant ſe in malum poſſe incidere. Sũt autem hi,
  - Qui præteritis temporibus aliquid mali perpeſsi ſunt, è quo tamen incolumes euaſerint.
  - Senes confectiq; ætate. quos humanarum rerũ docuit infirmitatem tum
    - Prudentia, quæ illi ætati comitatur.
    - Vſus multarum rerum.
  - Imbecilli, ac magis natura timidiores.
  - Qui optimis artibus animum excultum habent. Hi enim accurate ducunt rationem rerum humanarum, nec plus ipſis tribuunt, quàm vere tribuendum ſit.
  - Quibus ſunt
    - Parentes.
    - Liberi.
    - Vxores.

    Hi enim omnes ipſorum ſunt, ac, quæ mala patiuntur, ipſi aliquo modo ſuſtinent.
- 2 Qui arbitrantur aliquos æquos bonosq; eſſe. Qui enim neminem arbitratur, omnes malo dignos eſſe iudicabit.
- 3 Qui aut
  - Se,
  - Suorum aliquẽ

  in eundem caſum aſsimilemq; aut
  - Quondam incidiſſe recordantur.
  - Poſſe fieri putant, vt ſequenti tempore incidãt.

DE AFFECTIBVS,

Misericordia.

Non miserentur,

- 1 Qui sunt vndequaq; miseri. Nihil enim amplius mali sustinere se posse arbitrantur. perpessi enim sunt suo iudicio omnia.
- 2 Qui se beatos supra modum ac valde fortunatos putant. Hi enim non modo non miserentur, sed contra contumelijs afficiunt calamitosos. Si enim cunctis bonis se abundare arbitrantur, planum est ipsos hoc etiam se auctos ornatosq; existimare. (est enim & ipsum non paruum bonum.) quod vsu venire non posse putant, vt aliquid mali sustineant, sed extra omnem aleam periculi se esse ducunt.
- 3 Qui animum occupatum habent motibus illis, qui fortitudinem adiuuant, cuiusmodi sunt
  - Iracundi.
  - Sibi confidentes.
  - Hi enim, quid futurum sit, non cogitant.
- 4 Qui secundis rebus contumeliosi facti sunt. Nec enim cadit in hos hæc cogitatio, vt putent se aliquid incommodi in se recipere posse.
- 5 Qui vehementer timent. Cum enim metus malorum, quibus alios oppressos videmus, commouere nos soleat, ad misericordiamq; excitare; si acrior ille metus fuerit, terribiliterq; nos vexare cœperit, obliuiscimur malorum alterius, ac de nobis ipsis cogitamus, totiq; in salute nostra procuramus.
- 6 Qui nullos arbitrantur homines æquos bonosq; esse. Ij enim omnes malo dignos esse iudicare solent.

Misericordiam mouere solent ea mala,

- 1 Quæ ad interitum perducunt è genere eorũ malorũ, quæ afferunt
  - Aegritudinem animo.
  - Dolorẽ corpori.
- 2 Quæ perdendi vim habent, ἀναιρετικὰ sunt, vt
  - 1 Mortes.
  - 2 Verberatus.
  - 3 Cruciatus corporum.
  - 4 Senectus.
  - 5 Morbi.
  - 6 Alimentorum inopia.
- 3 Quæ à Fortuna inuehũtur, habẽtq; pondus, vt
  - 1 Amicorum
    - Inopia.
    - Paucitas.
    - A quibus diuelli graue admodum ac luctuosum est.
  - 2 Corporis
    - Deformitas.
    - Imbecillitas.
    - Membro aliquo captum esse.
  - 3 Frustratio ac parum meritis nostris respondens euentus aliquis successusq; ac crebro in hos casus incidisse.
  - 4 Postquàm passus sit, boni aliquid superuenisse, vt Diopithi, ad quem regia munera sunt missa, cum iam decessisset è vita.
  - 5 In omni vita aut
    - Bonorum omnium expertem fuisse.
    - Suppeditatis bonis frui non potuisse.

DE AFFECTIBVS.

Misericordia.

Homines misericordia capere solet

1 Familiarium notorumq; , nisi ij arcta admodum coniuncti necessitudine sint. Nam si hos insigni aliqua miseria oppressos vident, ita afficiuntur, vt si ipsi malis illis premerentur, aut premi paulo post deberent. Quam ob rem & Amasis cum filium ad supplicium duci cerneret, lacrymas, vt aiunt, non effudit. cum veterem autem sodalem stipem petentem, &, vt mendici faciunt, ad singulos accedentem videret, grauiter ingemuit, frontemq; præ dolore ferijt. Hoc enim miserabile: illud vero atrox ac sæuum malum est, quod quidem omnem misericordiam eijcit atq; extinguit, atque animos eorum, qui audiunt, duros reddit.

2 Cum atrocitas ipsa propinqua est.

3 Parium assimiliumq;
- Aetate.
- Moribus.
- Habitibus animi.
- Dignitate.
- Genere.

Quia magis certo intelligunt se expositos illis incōmodis, postquàm similes ipsis paresq; illa oppresserunt.

4 Eorum omnium, qui in ea ipsa mala, quæ sibi timent, inciderunt.

5 Eorum, quorum acerbi casus exponuntur, expressi repræsentatique ijsdem
- Corporis gestibus,
- Vocibus,
- Vestibus,

quibus in malo sustinendo vsi fuerunt.
- Omnib. reb. quib. actores fabularū vtuntur.

Quod enim longe est, vt prope videatur, efficiunt. Acerbū enim illū casū ante oculos collocāt, vt quod aut
- Paulo post futurum sit.
- Paulo ante gestum fuerit.

6 Eorum, qui aut
- Modo passi sunt.
- Paulo post passuri sunt.

7 Eorum, qui passi sunt, quorum prolata sunt aut
- Signa.
- Actiones.
- Vestes, aliaq; huiusmodi.

8 Eorum, quorum verba proferuntur, qui in mali perpessione versantur. Vt eorum qui iam animam agunt.

9 Eorum præcipue, qui virtutem præstant, cum in eiusmodi temporibus versantur.

10 Cum indignus illa fortuna male tractatus ab hominibus inducitur.

11 Cum res tota, tanquam tunc ageretur, ante oculos constituitur.

DE AFFECTIBVS.

Stomachatio.

Misericordiæ maxime repugnat affectus ille, q à Græcis Νέμεσις appellatur. Si quidem obseruantur alicuius res
- Aduersæ in misericordia.
- Secundæ in νεμέσει.

Amboq; hi affectus, bonæ indolis sunt. Par enim est
- Cum videmus aliquos contra ipsorum merita miseros, malis eorum angi.
- Cum fortunatos quospiam, indignos illo statu, videmus, stomachari.

Quod enim contra dignitatem fit, iniquum semper improbumq; est. Quare & Dijs immortalib. hunc tribuimus affectum.

Nemesis & Inuidiæ
- Differētia, ꝙ oritur
  - Nemesis ex bonis rebus turpis alicuius & improbi hominis. Quæ viris probis ac iustis comitari solet.
  - Inuidia ex secundis rebus
    - Honesti etiam ac probi viri.
    - Paris æqualisq;.

    Quæ cadit in prauos homines.
- Communitas, ꝙ ab vtraq; ægritudo quædam gignitur ob res aliorum secundas. Non anguntur tamen, ꝙ putent sibi aliquid noui inde nasci posse, nam Metus esset, non Inuidia aut Nemesis.

Perspicuum est autem contrarios etiam affectus his affectib. quib. tūc tenētur, q aut
- Inuident,
- Stomachātur,

consecuturos esse in animis eorum. Qui enim ægritudine conficitur, ꝙ spectat indignos illo statu miseros esse; aut
- Voluptate afficietur, cū viderit dignos malo, cōtrariosq; supiorib. illis aduersa fortuna vti.
- Omni dolore vacabit, Nemo.n. vir probus perturbari debet supplicio parricidarum & sicariorū. Contra potius lætari debet
  - Supplicio nefariorum hominum.
  - Rebus secundis eorū, qui fortuna illa digni sunt.

Vtræq; enim res ac gaudia iusta sunt.

Definitio.

Τὸ νεμεσᾷν est angi alicuius causa, qui videatur indigne atque immerito rem gerere. Sed hic motus nō excitatur ob cūcta bona, vt etiā Misericordia ob cūcta mala. Siquidē nemo
- Stomachatur, si quis sit
  - Iustus.
  - Fortis.
  - Virtute præditus.
  - Eorum bonorum compos, quæ à Natura tradita sunt, vt
    - Nobilitatis.
    - Pulchritudinis &c.
- Misericordia mouetur, cum videt aliquem
  - Iniustum.
  - Timidum.

DE AFFECTIBVS.

Stomachatio.

Ratio tripartita.

Quibus hominibus, Ob quæ, Quomodo ipsi affecti stomachentur.

Propositiones propriæ.

Stomachamur

1 Ijs, qui possident { Diuitias, Potentiam, & alia huiusmodi, } quibus probi tantum homines digni sunt.

2 Ijs magis, qui modo obtinuerunt { Diuitias, Magistratus, Ciuilem potentiam, Amicorum copiam, Multos & probos filios, } quàm qui his antiquis & gentilicijs potiuntur.

3 Ijs, quibus superiorum bonorum auxilio aliquid boni ipsis partum sit. Magis enim offendunt animos proborum ij, qui beneficio nouarum illarum diuitiarum magistratus amplissimosque honores consequuntur, quàm qui priscas diuitias possident, si commendatione & ipsi patrimonij ad eosdem gradus honoris venerint. Hoc igitur fit, quia {
Alteri videntur res suas habere. Quod enim semper eodem statu spectatum est, id æquum iustumq; existimatur.
Alteri videntur res non suas habere. Quo fit, vt res alienas, non suas, possidere videantur. }

4 Ijs, qui tametsi probi sunt, aliquod tamen bonum, quod ipsis non conuenit, consecuti sunt. Quia non omne bonum cuiuis homini congruit. verum est proportio quædam in his rebus, atq; hoc huic conuenit, quod illi minime quadrat, Vt {
Speciosa arma forti, non iusto.
Vxor tum genere, tum corporis animiq; dotibus præstans, adolescenti nobili potius, quàm modo diuiti facto. }

5 Cum videmus inferiorem cum superiore controuersari. præcipue si in eo studio & artificio dispares inter se sint. Quàm ob rem & à summo poeta hoc dictum est: Aiacis autem pugnam declinabat Telamonis filij, quia Iupiter ferre non poterat atque indignabatur, quod cum præstantiore viro congrederetur. Quòd si in eodem studio inferior non sit, quocunque modo inferior sit, qui minor cum superiore certamen instituit, indignationẽ mouet.

DE AFFECTIBVS.

Stomachatio.

Stomachosiores: hi solent esse,

1 Qui ipsi maximis quibusdam bonis digni existunt, eaq; adepti iam sunt. Neque enim par æquumq; est, dissimiles dispares q; paribus honoribus ac præmijs auctos esse.

2 Qui probi ipsi ac virtute præditi sunt. Hi enim tum
- Recte res existimant.
- Ea, quæ iniusta sunt, oderunt.

3 Qui cupidi honorum sunt, optantq; mandari sibi aliquam partem reip. in qua regenda virtus ipsorum enitescere possit. maxime autem indignantur, si ambitio ipsorum ad ea extenditur, quæ qui tractare nesciunt, nec rebus illis gerendis vlla ex parte apti erant, consecuti sunt.

4 Qui præclara de se iudicia fecerunt, atque ijs honoribus ac præmijs se dignos putant, quibus alios non putant. Nam ij etiam indignantur aduersos illos, quos se deteriores iudicant, si ea commoda consecuti fuerint, & ob eas res maxime, quibus se multo digniores siue vere, siue falso arbitrantur.

Non sunt stomachosi ij, qui sunt

1 Seruili indole.

2 Nequam abiectiq;.

3 Honorum contemptores.

Affectio autem Nemesi contraria, qua rebus aduersis improborum vel
- Gaudemus,
- Non dolemus,

cuiusmodi sit, ex his, quæ de Nemesi iam dicta sunt, à contrario patet.

Ex horum Affectuum notione hoc commodi percipiet Orator, quod eos, qui Misericordiam à Iudicibus implorant, indignos esse, qui eam obtineant, oratione sua patefaciet, ac Misericordiæ motum ab eorum animis longe pellet.

DE AFFECTIBVS.

Inuidia.

Definitio.

Inuidia est ægritudo quædam, quæ gignitur ob res aliquorum, quæ speciem secundarum habeant. Quæ tamen eximia fortuna constet ex bonis superius in Nemesi explicatis, qualia sunt
- Nobilitas,
- Pulchritudo,
- Vires,
- Opes,
- Diuitiæ,
- Honores &c.

non ꝙ sua commoda respiciat, sed tantum ꝙ nollet eum illis bonis frui.

Ratio tripartita.

Quomodo affecti, | Ob quæ bona, | Quibus hominibus inuideant.

Propositiones propriæ.

Inuident ij,
1 Quibus aut { Sunt / Videntur } aliqui pares { Genere. / Cognatione. / Aetate. / Habitu animi. / Laude & gloria. / Fortunis. }
2 Qui parum abest, ne omnibus vndique bonis abundent. Vnde videmus eos, qui præclaras quasdam res gerunt, ac fortunati sunt, procliues ad inuidiam esse. Cunctos enim illi res suas ferre atque agere putant, & quicquid honoris præmijq; ad alios peruenit, sibi iniuste eripi.
3 Quibus eximius ob rem aliquam honor habetur, & præcipue ob { Sapientiam. / Vitam beatam. }
4 Qui honoris studio ducuntur. Hi enim magis inuidi sunt, quàm qui non ducuntur.
5 Qui sapientiæ opinionem consectantur. Quia honoris studio ducuntur ob sapientiam.
6 Qui gloriam in aliqua re appetunt. Hi enim omnibus inuident, qui in eodem cursu versantur.
7 Qui angusti pusilliq; animi sunt. Cunctas enim res vitio animi magnas putant, quas cum vident aliquos adeptos, anguntur.

Inuidiam gignunt ea,
1 In quibus homines { Se primos haberi volunt. / Studiose concertant. / Summam laudem adipisci cupiunt. }
2 Quæcunque beneficio fortunæ homines consequuntur.
3 Quæ ipsi aut { Appetunt. / Se habere oportere putant. }
4 Quæ cum & ipsi teneãt, nec tamen, quos vident eadem cõsecutos { Longe superant. / Valde inferiores ipsis sunt. }

DE AFFECTIBVS.

Inuidia.

Inuidemus ijs,

1 Qui propinqui ſunt nobis aut { Tempore. Loco. Aetate. Gloria. } Vnde dictum eſt, Inuidiam inter cognatos flagrare.

2 Quibuſcũ de honore & gloria cõtendimus. Cõtendimus autẽ cũ ijs, qui ſupra traditi ſunt.—

3 Non { Qui multis ante ſeculis vixerunt. Qui poſtea naſci debent. Qui mortui iam ſunt. Qui iuxta columnas ab Hercule fixas habitant. A quib. lõgo interuallo nos relinqui arbitramur iudicio aut { Noſtro. Aliorum. } Quibus nos multum multumque præſtare arbitramur. } Hoc autem verum eſt tum in { Perſonis. Rebus. }

4 Qui æmuli ſunt ſtudiorum noſtrorum.

5 Qui riuales noſtri ſunt.

6 Qui earundem rerum deſiderio tenentur.

7 Qui celeriter ac nullo negocio ~~quippiã~~ adepti ſunt, qđ nos obtinere potuerimus aut { Aegre. Nunq̃. }

8 Qui quærunt id, quod ſi acquirere illi potuerint, ad exitumq; rem perduxerint, probro nobis futurum ſit. Sunt autem vel { Vicini. Pares. } Perſpicuum enim eſt, planumq; omnibus, non conſequi nos illud bonum noſtra ipſorum culpa. Quæ res cum dolorem inurat, conficit inuidiam.

9 Qui aut { Habent Adepti ſunt } ea, quæ vel { Nobis conueniebant. A nobis poſſeſſa fuerunt. } Quæ cauſa eſt, q̃ adoleſcentib. ſenes inuidẽt.

10 Qui ſine vlla rei familiaris iactura, ac paruo precio adepti ſunt id, quod nos magno ſumptu comparauimus.

Affectio autem Inuidiæ contraria, qua alienis incommodis gaudemus, cuiuſmodi ſit; ex his, quæ de Inuidia iam dicta ſunt, à contrario patet.

Si oratione & induſtria oratoris & { Animi iudicum ita cõformati fuerint, vt eorum ſcilicet { Bonis inuideant, Malis lætentur. } Qui miſericordiam ſui excitare volunt, aut aliquod cõmodum impetrare ſtudent, declarati fuerint eſſe, quales nos ſupra eſſe oſtẽdimus illos, quibus aut propter res { Secundas inuident, Aduerſas gaudere debent, } } Planum eſt ipſos miſericordiam nunquam conſecuturos eſſe apud eos, in quorum manu & arbitrio res eſt.

DE AFFECTIBVS.

Aemulatio.

Definitio.

Aemulatio est ægritudo quædam, excitata ob præsentiã bonorum illorũ, quæ honore cõpẽsantur, & eam quidem aut
- Veram.
- Simulatã.

Quæ tamen bona cadere posſint in eum, qui ita afficitur, in personisq; maneant, quæ pares aſsimilesq; ipsi ſint. Non dolet autem, Aemulator, vt Inuidus, quempiam eo bono vti, quod ipſe cupit, ſed ægre fert ſe non minus ac illum ipſo dignum, eo carere. Quam ob rem eſt
- Aemulatio, bonus affectus & bonorũ virorum. Aemulator enim ſtudet fieri talis, vt poſsit bona illa adipiſci, quæ concupierit.
- Inuidia, malus affectus, & malorum hominum. Inuidus enim nulli plerunque rei parcit, vt, quem nolit, bonum illud non habeat.

Ratio tripartita.

Quomodo affecti, — Quæ commoda, — Quibus hominibus æmulentur.

Propoſitiones propriæ.

Aemulantur ij,
1. Qui bene de ſe exiſtimant, dignosq; ſe putant ijs bonis, quæ non habeant: iudicant tamen ſe compotes eorum fieri poſſe. Nemo enim poſtulat, quæ non poſſe effici videntur. Huiuſmodi vero ſunt
   - Iuuenes.
   - Magnanimi.
2. Quibus talia bona ſuppetunt, quæ honoratis viris digna ſunt. Cuiuſmodi ſunt
   - Diuitiæ.
   - Multitudo amicorum.
   - Magiſtratus &c.

   Tanquam enim ipſis probis eſſe cõueniat, quia ipſa probis conueniunt, bona eiuſmodi æmulantur.
3. Qui quouis bono digni eſſe ab alijs creduntur.
4. Quorum
   - Maiores,
   - Cognati,
   - Neceſſarij,
   - Natio,
   - Ciuitas

   in aliquo ſtudio aut arte probati honoratiq; fuerunt. Earundem enim rerum æmulatores ſunt: ſuasq; illas putant eſſe, ac ſibi maxime conuenire.

Aemulationem gignunt ea, quibus honor merito habetur. Cuiuſmodi ſunt
- Virtutes.
- Ea, quæ alijs vtilia ſunt, ac naturam eam habent, vt beneficia magna afferre poſsint. Paſsim enim homines honorant beneficos & probos.
- Cuncta illa bona, quibus propinqui & qui nobiſcum in iiſdem locis viuunt, frui poſſunt, vt
  - Diuitiæ.
  - Pulchritudo potius q̃ valetudo.

Aemulamur ijs,
1. Qui hæc, quæ ſupra explicauimus, bona, & huiuſcemodi alia poſsident, vt ſunt
   - Fortes.
   - Sapientes.
   - Magiſtratus. Qui enim magiſtratum gerunt, de plurimis benemerendi facultatem habent.
2. Qui ſunt imperatores.
3. Qui ſunt oratores.

   Quia facultatem magnam habent opitulandi alijs.
4. Quibus plurimi ſimiles eſſe ſtudent.
5. Quibus plurimi noti amiciq; eſſe cupiunt.
6. Quos multi admirantur.
7. Quos ipſi admiramur.
8. Quorum laudationes vel
   - A poetis canuntur.
   - Ab oratoribus accurate domi ſcribuntur.

DE AFFECTIBVS.

Despicientia.

Despicientia est Aemulationi contraria.

Despicimus eos,
- 1 Qui bonis illis, quæ superius tradita sunt, destituti sunt.
- 2 Qui contrarijs malis tenentur bonorum illorum, quæ æmulationem habent.
- 3 Qui in secundis rebus, bonis tamen ijs, quibus honos tribuitur, carent.

De affectibus hactenus.

DE MORIBVS.

Propositiones propriæ secundum

- Affectus vt — Iram, Cupiditatem &c.
- Habitus vt — Virtutes, Vitia.
- Aetates vt — Adolesc, Vigorem, Seneƈt.
- Fortunas vt — Nobil. Diuit. Potent. Contrariaq; horum, & omnino Fortunam valde aut. — Bonam, Malam.

De moribus Iuuenum.

Iuuenes natura

1 Sunt cupidi.

2 Aggrediuntur ea, quæ concupierunt.

3 Ex omnibus libidinibus, quibus inseruiunt, amatorias in primis leuitates sequuntur, Veneriq; dediti sunt, atq; huic minime resistere queunt.

4 Mutantur in horas. eosdemq; cito fastidium eius rei capit, quam antea auide concupierant; posteaquam satiati illa expletiq; fuerint.

5 Vehementer concupiscunt, celeriter tamen desinunt. Desideria enim ipsorum acuta quidem sunt, sed non diuturna ac perdurantia, vt etiam ægrotantium sitis ac fames.

6 Excandescunt { Facile, Acute. Leuioribus de causis.

7 Feruntur, quocunq; ira furorq; duxerit.

8 Inferiores ac victi ab ira, discedunt. Ob desiderium enim, quo flagrant, honoris, non pati possunt, cum vident se nullo loco haberi ac despicatui duci: verum indigne ferunt ac stomachantur, si arbitrati fuerint se iniuria aliqua in re affici. Qui motus animi iram gignit.

9 Honoris auidi sunt, vel potius studiosi victoriæ. Iuuentus enim excellentiam appetit, victoria vero est excellentia quædam. Atque harum rerum ambarum potius, quàm pecuniarum sunt studiosi. pecuniarum vero studiosi minimum, propterea quia indigẽtiam nondum sunt experti.

10 Non sunt maleuoli ac praui ingenij, sed simplicis potius ac fatui. Quia nondum multa multorum flagitia didicerunt.

11 Creduli sunt. Quia nondum sæpe decepti sunt.

12 Pleni spei sunt. Quemadmodum enim temulenti à vino, sic iuuenes à natura ipsa feruorem habent. simul etiam quòd nondum multæ res eos frustratæ sunt: magnaq; ex parte spe viuunt. Est enim { Spes rerum futurarũ. Memoria rerũ præteritarum. } Iuuenibus autem est { Futuri multũ. Præteriti parũ. } Primis igitur temporibus ætatis cum cogitant, quæ fecerint, nihil reperiunt. sperant autem omnia ob longam ætatem, quam sibi pollicentur.

DE MORIBVS

Iuuenum.

13 Facile decipiuntur: ꝙ in ſpem procliues ſunt.

14 Fortiores ſunt: quia
- Iracundi. Hoc confidere facit. Neque enim iratus quiſquam metuit.
- Spei pleni. Hoc confirmat animos, audentioresq; facit.

15 Verecundi ſunt. Nondum enim alia pulchra & honeſta facta eſſe intelligunt: neque magiſtrum alium per ætatem niſi puerilem inſtitutionem habuerunt.

16 Magnos animos habent. Nondum enim vita eos erudijt,& demiſſe humiliterq; ſentire docuit: ſed expertes ſunt ipſius neceſsitatum. Præterea de ſe præclare ſentire, ac ſe magnis quibusq; rebus dignum iudicare, magnanimi eſt. hoc autem proprium eius eſt, qui ſpe abundat.

17 In rebus honeſtis plenisq; dignitatis potius, quàm in vtilibus occupari volunt. Indolem enim potius ſequuntur ac naturam, quàm rationem. Subducta enim diligenter ratio impellit ad vtilitatem, virtus vero ad dignitatem.

18 Valde ſtudioſi ſunt amicorum ſodaliumq;, reliquasq; ætates in hoc officio vincunt. Quia
- Tempus traducere cum familiaribus ſimulque viuere gaudent.
- Cum de aliqua re exiſtimant, vtilitatem non ſpectant, neque ad quæſtum amicitiam referunt.

19 Cunctis in rebus fines tranſeunt, ac vehementer peccant, præter dictum illud Chilonis. Omnia enim præter modum agunt. Nam &
- Diligunt nimis, quos diligunt.
- Quos oderunt, nimis odio habent. Et in alijs rebus eodem modo ſe gerunt.

20 Scire ſe cuncta arbitrantur contenduntq;. Ex quo naſcitur, ꝙ omnia nimis faciunt.

21 Iniurias faciunt ad contumeliam, non ad malitiam.

22 Miſericordia commouentur, ꝙ bene de omnibus exiſtimant, cunctosq; probos eſſe ac meliores, quàm vere ſint, arbitrantur. Sua enim innocentia ceteros metiuntur, quare indigne putant, illos his malis conflictari.

23 Riſus ſtudioſi ſunt. Quare faceti & iocoſi fiunt. Sales enim, ioca, facetiæ, eruditum conuicium ſunt.

DE MORIBVS

Senum.

1 Nihil confirmant.

2 Minus, quàm oporteat, valde cuncta tractant.

3 Opinantur: nihil vero sciunt.

4 Cum controuersantur, addunt semper, forsan & fortasse: atque omnia ita pronunciant, asseueranter vero nihil.

5 Ingenio sunt maleuolo ac prauo. Oĩa enim in deteriorem partẽ accipiunt.

6 Sunt suspiciosi, & mala semper damnaq; metuentes, quòd nemini fidem habere secum statuerunt. Increduli autem sunt ob lõgam vitam vsumq; rerum plurimarum.

7 Neque valde { Amant, / Oderunt, } ob eas causas, quas supra commemoraui, sed iuxta Biantis præceptum & { Amant, tãquam osuri. / Oderũt, tanq̃ amaturi.

8 Parui animi sunt. Quia longa ætas spiritus ipsorum fregit, & humiliter sentire docuit. Vnde illi nihil amplum eximiumq; optant, sed res tantum ad vitam necessarias cupiunt.

9 Sordidi atque illiberales sunt. E rebus enim necessarijs vna est patrimoniũ. simul et quia vsu cognouerunt, quàm { Arduum sit, quærere pecuniam. / Facile res parta dilabatur.

Senes, quia { Multos annos vixerunt. / Pluri. in reb. decepti lapsique sunt. / Magna pars humanarum rerum magnis vitijs tenetur. }

10 Timidi sunt, cunctaq; mala antequàm adueniant, expectant ac metuunt. Contrario enim modo ac iuuenes corpus affectum & tẽperatum habent. gelidi enim ac refrigerati ætate sunt: adolescentes contra calidi ac feruentes. Quare senectus viam munijt, aditumq; patefecit timiditati. Nam & metus ipse pars quædam speciesq; est refrigerationis.

11 Valde cupidi vitæ sunt: quoque magis morti appropinquant, eo magis desiderio vitæ tenentur. Quia cupiditas est rerum absentium: & cuius penuria premuntur, hoc maxime cupiunt omnes.

12 Queruli sunt, morosi, ac difficiles magis, quàm conueniat. quæ quidem & ipsa pusillanimitas quædam est.

13 In uitæ ratione proponunt sibi vtilitatem, non dignitatem, ac nimis, quàm recte fieri possit, illam sequuntur, hanc relinquunt: quòd amici sunt commodorum suorum, ac seipsos valde diligunt. vtile enim illi ipsi, qui id consecutus est, bono est: honestum dignitasq; absolute ex sua ui bonum est.

14 Inuerecundi potius, quàm verecundi sunt. Cum enim ætatis vitio vtilitatis magis, quàm dignitatis appetentes sint, existimationem aliorum paruifaciunt, nec sua valde interesse putant, qui qualesue habeantur.

DE MORIBVS

Senum.

15 Aegre induci possunt ad bonum aliquod expectandum, idq;
- Propter vsum multarum rerum. Maior enim pars terrenarum rerum magnis vitijs scatet. & humanæ res fere hanc naturam habent, vt in deteriorem partem cadant.
- Propter timiditatem, quæ propria Senum est.

16 Viuunt memoria potius, quàm spe. Est autẽ rerum
- Spes futurarum.
- Memoria preteritarũ.

Quæ quidem res causa etiam est loquacitatis in senibus. exponunt enim narrantque iunioribus quæ superioribus annis facta sunt. afficiuntur enim voluptate res præteritas reminiscentes.

17 Acriter excandescunt. Imbecillæ tamen languidæq; sunt eorum iræ.

18 Cupiunt segniter. quòd eorum cupiditates partim
- Discussæ sunt atque abiere.
- Iam fractæ oblanguere.

Quare neq;
- Flagrant cupiditatibus.
- Gerunt aliquid impulsu cupiditatũ, sed vtilitatis & lucri.

Huiuscemodi igitur à turpibus voluptatib. abhorrere videntur. Cupiditates enim remiserunt, ac seruiunt lucro.

19 In ætate traducenda magis se applicant ad ratiocinationem quàm ad indolem, & insitos hominib. à natura mores. Impetum enim
- Subducta diligẽter animo ratio cogitatioq; rerum suarum ad vtilitatem.
- Indoles ad virtutem.

20 Inferunt iniurias, vt damnum rei familiari importent, non vt dignitatem violent.

21 Misericordes sunt, verum non propter eandem causam, ac iuuenes, cum misereantur
- Iuuenes ob humanitatem.
- Senes ob infirmitatem. Cuncta enim, quibus alios premi vident, propinqua sibi mala esse putant. Hoc autem est misericordis.

22 Queruli sunt.

23 Non faceti.

24 Non ridiculorum studiosi. Querulus enim aduersatur ei, qui delectatur risu.

Rerum explicatarum vtilitas.

Cum igitur omnes probent eas
- Orationes, quæ suis morib. conuenienter habentur,
- Personas, quæ sibi similes sint, ac pares,

nemini dubium est, quin, si quis huiusmodi, hoc est morata vtatur oratione, talis videatur &
- Ipse.
- Oratio ipsius.

DE MORIBVS

Mediæ ætatis.

Mediæ ætatis homines, quod nimium in vtraq; erat, abijciētes,

- 1 Neque nimis confidunt, (Audacia enim hoc eſt.) / 2 Neque nimium metuunt, — Sed in vtraque re commode ſe gerunt.
- 3 Neque omnibus temere credunt, / 4 Neq; diffidentes nimis cunctis fidem derogant, — Sed potius ex veritate res exiſtimant.
- 5 Neque ad honeſtatem / 6 Neque ad vtilitatem — Solam viuunt, verum ad vtranque.
- 7 Neque ad parſimoniam / 8 Neque ad largitatem — Se referunt, verum ad id quod decet ac congruit.
- 9 In ijs, quæ ad
  - Iram
  - Cupiditatem
  - Pertinent, temperantes ſunt, adnexāq; huic præclare virtuti fortitudinem hn̄t. Quod non contingit aut
    - Adoleſcētib.
    - Senib.
    - in quib. hęc diſtincta ſunt ac ſeparata. Sūt enim
      - Adoleſcētes fortes, ijdēq; intempe rantes.
      - Senes tempe rantes ac timidi.
- 10 Quas res vtiles adoleſcentia & ſenectus ſibi diuiſit, ſeparatimque altera ab altera aſſumpſit (vtraque enim ætas ſeorſum ſua quædam ac propria bona habent, quibus altera caret) ijs ambabus ornati ſunt.
- 11 In quibus nihil laude dignum gerebāt extremę illæ ætates, ſed aut
  - Lineam tranſibant, nimiúmque ſectabantur,
  - Ad lineā nō deueniebant, parūq; eā aſſequebātur,
  - harum rerum mediocritatē quandam retinent, & quantū conuenit ipſarum ſuſcipiūt.

Diuiſio.

Aetas media & conſtans diuiditur in ſtatum ac viriditatem

- Corporis, quod viget ab anno XXX ætatis vſque ad XXXV.
- Animi, qui viget circiter annum vndequinquageſimum.

DE MORIBVS

Nobilium.

Nobilium mos est

1 Honoris magis, quàm alij sint, studiosos esse. Est enim hoc commune omnium hominum, vt bona, quæ possident, quæcunque illa sint, augere studeant. Est autem Nobilitas, dignitas maiorum.

2 Non solum abiectos homines, & qui nullos honores consecuti sunt, despicere, sed eos etiam, qui ad aliquas dignitates peruenerunt, si noui sint, demumq; eos omnes, qui ijsdem honoribus modo vsi sunt, quibus olim maiores ipsorum, quorum illi virtute gloriaque clari sunt. Cunctæ enim hæ res, quæ honorem gignunt, spacio temporis remotæ, quàm propinquæ, honestiores sunt, & tanquam materia gloriosius se efferendi.

Differentia inter

Nobile — Generosum.

Posita est

Nobilitas in virtute generis.

Generositas in eo, ne à natura desciscat. Quod fere non contingit Nobilibus. verum abiecti plerique sunt. Est enim in familijs prouentus virorum quidam perinde ac in ijs, quæ nascuntur in agris. Et nonnunquam, si bonum genus sit, viri præstantes exoriuntur, deinde rursus retro fertur. Ac familiæ quidem cum degenerant, si sunt ingenio præditæ

Subtili, ad mores insaniores deficiunt: Vt quæ ab Alcibiade & Dionysio superiore sunt.

Stabili, in stoliditatem ac tarditatem transeunt: Vt quæ à Cimone, Pericle, Socrate sunt.

DE MORIBVS

Diuitum.

Diuites

1 Contumeliosi sunt.
2 Superbi sunt.
Deprauantur autem amplitudine patrimonij. ita enim illi affecti sunt, vt si cuncta bona posiderent. Siquidem diuitiæ quasi precium quoddam æstimationis rerum aliarum sunt. Quo circa venalia omnia ipsarum esse videntur.

3 Delicati sunt, tum quia
- Vere delicati mollesq; sint.
- Beati videri velint.

4 Arrogantes sunt & elati, quia
- Omnes in ijs rebus occupari soliti sunt, quarum ipsi amore atque admiratione ducuntur.
- Alios eadem æmulari opinantur, quæ & ipsi.
- Multi sunt, qui habentium indigent. Vnde & illud dictum Simonidis de sapientibus & diuitibus ad Hieronis coniugem extat, rogantem, vtrum melius esset, diuitem esse an sapientem; diuitem respondisse: sapientes enim dixit, se diuitum foribus hærentes videre.
- Se dignos esse imperio arbitrantur.
- Ijsdem moribus sunt, quibus esset fortunatus aliquis insipiens homo. Quo nihil intolerabilius fieri posse, scribit Cicero in Lælio.

5 Qui modo diuitias consecuti sunt, importuniores sunt, quàm qui à maioribus ipsas acceperunt, diuturnasq; in familia sua habuere. q magis omnibus vitijs cumulati sunt, ijsq; etiam grauioribus nuper diuites facti. modo enim diuitias parasse, est rudem insciumq; diuitiarum esse.

6 In iniurijs faciendis non malitiose se gerunt, vafreq; alijs imponunt: sed peccant partim ob
- Petulantiam, cum cædunt liberos homines.
- Intemperantiam, cum stuprum honestis domibus inferunt.

DE MORIBVS

Potentiorum.

Potentiores

1 Sunt præditi moribus partim { Ijſdem, quibus / Meliorib. quàm } Diuites.

2 Sunt honoris auidiores, 3 Sunt moribus viriliores, } quàm qui pecunia abundant. Ea enim negocia affectant, quæ ipſis adminiſtrare propter potentiam licet.

4 Studio ſunt magis dediti, ob diligentiam ac curam, quam nunquam ex animo dimittere poſſunt. Coguntur enim ſemper cogitare de rebus, quæ ad opes ac potentiam illam retinendam pertinent.

5 Grandiores ſunt potius, quàm grauiores. Dignitas enim ac ſplendor ille vitæ facit, vt conſpicui magis ſint. Quare modeſte ſe gerunt, nec inſolentius efferuntur. Granditas autem illa, eſt grauitas quædam mollis atque honeſta.

6 Si iniuriam faciunt, non paruam ſed magnam faciunt.

DE MORIBVS

Fortunatorum.

Fortunati

1 Eosdem mores habent, quos ij, qui superius à nobis declarati sunt
- Nobiles.
- Diuites.
- Potentiores.

2 Meliore conditione sunt, quàm superiores, in ijs quæ pertinent ad
- Liberorum
  - Copiam.
  - Probitatem.
- Bona corporis.

3 Superbiores sunt,
4 Inconsideratiores sunt,
propter fortunæ prosperitatem.

5 Pie Deos colunt, (qui ijs in valde secundis ipsorum rebus vnus mos optimus comitatur) atque animo erga illos affecti quodammodo sunt, fidentes illis, ac putantes se eorum voluntate bona illa obtinuisse.

Mores
- Ignobilium
- Pauperum
- Impotentium
- Infortunatorum

ex contrarijs facile intelligentur.

Hactenus de moribus.

PROPOSITIONES COMMVNES OMNIVM GENERVM.

quarum tamen aliæ magis huic generi, aliæ vero alij accommodatæ sunt.

De posſibilibus & impoſsibilibus. quæ

Deliberatiuo potiſsimum generi conueniunt.

Eorum, quæ fieri posſunt, propoſitiões cõmunes.

1 Si contrarium eſt eiuſmodi, vt poſsit aut { Eſſe, / Factum eſſe, } etiam contrarium eiuſmodi eſſe exiſtimabitur. Vt ſi fieri poteſt, vt homo conualuerit, etiam vt ægrotauerit. Contrariorum enim, quatenus contraria ſunt, vis eadem eſt.

2 Si ſimile fieri poteſt, &, quod illi ſimile eſt, fieri poteſt.

3 Si, quod difficilius eſt, fieri poteſt, etiam quod facilius.

4 Si fieri poteſt, vt quidpiam ſtudioſum vel pulchrum factum ſit; & factum etiam illud ſit, nulla re adiuncta, fieri poteſt. Aegrius enim ac magis arduum eſt, pulchram domum, quàm domum ſimpliciter, eſſe.

5 Cuius rei principium poteſt eſſe, finem etiam illam habere confirmare poſſumus. Quæ enim fieri non poſſunt; nec gignuntur vnquam, nec gigni incipiunt. Vt dimetientem communem menſuram cum latere nanciſci, quia fieri non poteſt, neque initium capit ſui ortus, neque fit.

6 Cuius rei finis poteſt eſſe, eiuſdem & principium neceſſarium eſſe intelligimus. Cuncta enim, quæ conſtant, à principio aliquo ducuntur.

7 Si, quod poſterius natura aut ortu eſt, contingit factum eſſe; & quod prius. Vt, Si fieri poteſt, vt vir quiſpiam factus ſit, & puerum quoque factum eſſe δυνατόν. Tempore enim illud præcedit. Et, ſi puerum factum eſſe δυνατόν; & virum. Principium enim illud eſt.

8 Quorum amor aut cupiditas naturalis eſt, illa quoque effici poſſunt. Plerunque enim nemo amore corripitur, aut cupiditate tenetur rerum, quæ effici non poſſunt.

9 Quorum ſcientiæ ſunt & artes, illa & eſſe, & gigni poſſunt.

10 Quorũ gignẽdorũ initiũ in his poſitũ eſt, q̃ nos poſſumus aut { Cogere; / Perſuadere, } illa effici poſſunt. Huiuſmodi vero ſunt { Quibus aliqua re præſtamus. / Quorum domini ſumus. / Qui nobis amici ſunt.

11 Quorum partes effici poſſunt, totum etiam effici poteſt.

12 Quorum totum effici poteſt, partes etiam effici poterunt. Si enim πρόσχισμα καὶ κεφαλὶς καὶ χιτὼν fieri poſſunt; & ὑποδήματα fieri poterunt. Et, ſi ὑποδήματα; καὶ πρόσχισμα, καὶ κεφαλὶς καὶ χιτών.

13 Si genus eſt ex numero eorum, quæ fieri poſſunt, & ſpecies quoque fieri poſſunt. Et ———

14 Si ſpecies fieri poteſt; & genus. Vt, Si nauigium (quod genus eſt) vt factum ſit, fieri poteſt; poſſunt factæ eſſe & triremes, quinqueremes, onerariæ, aliæq; nauium ſpecies. Contraq;.

15 Si alterum eorum, quæ naturam habent, vt inter ſe conferantur; & alterum poterit eſſe. Vt, ſi duplum fieri poteſt; & ſimplum: Si ſimplum; & duplum.

16 Si ſine arte aliquid aut apparatu fieri poteſt; multo magis idem adhibita arte & cura effici poterit. Vnde & ab Agathone dictum eſt: Atqui hæc fortuna obtinere licet: hæc vero nobis neceſsitate fortunaq; accedunt.

17 Si quid effici poteſt à { Deterioribus, / Inferioribus, / Inſipientioribus, } facilius efficietur à { Melioribus, / Superioribus, / Prudentiorib. } Quemadmodum & Iſocrates dixit, rem indignam & nullo modo ferendam eſſe, ſi cum parui aut nullius ingenij homo Euthynus didicerit, ipſe nequeat inuenire atque excogitare.

Eorum, quæ fieri non poſſunt, perſpicuum eſt è contrarijs elici argumenta.

PROPOSITIONES COMMVNES OMNIVM GENERVM.

An aliquid factum sit.

Iudiciali potissimum generi in causis coniecturalib. conueniunt.

Aliquid factum esse, ex his propositionibus animaduerti poterit. quarũ aliæ sunt Necessariæ, Probabiles,

1 Si, quod naturam eam habet, vt minus fiat, factum est; factum vtique erit, quod huiuscemodi est, vt magis fiat.

2 Si, quod tempore posterius esse consueuit, factum est; & quod prius est, factum omnino est. Vt, si quis aliquam rem oblitus est, antea didicerit oportet.

3 Si potuit & voluit, fecit. Cuncti enim, qui agendi facultatem habent; si volunt, quod volunt, efficiunt. Nihil enim est, quod retardet ac remoretur negocium.

4 Si voluit, neque vlla res externa aduersata est; fecit.

5 Si res illa naturam habet, vt effici posset; & ipse, qui eam aggressus est, ira percitus fuisse demonstratur: probari facile potest, fecisse.

6 Si facultatem agendi habuit, & concupijt; dici potest egisse. Fere enim cuncti efficiunt ea, quorũ acriori desiderio tenẽtur, cũ possunt,
- Improbi, quia res turpes effrenatę appetunt.
- Boni viri, quia res honestas optãt.

7 Si faciendum fuit, fecit. Probabile enim est, eum, qui ad facinus perpetrandum omnia comparauerat, iam iamq; id aggredi debebat, fecisse.

8 Si iam facta sunt, quæ naturæ serie atq; ordine ante fieri solent, aut vt illa postea fiant, fiunt. Vt
- Si fulsit, etiam tonuit.
- Si tentauit, etiam effecit.

9 Si quæcunque posterius fieri solent, vel id cuius gratia illa fiunt, factum est; & quod prius, & huius gratia fit, factum est. Vt
- Si tonuit, & fulsit.
- Si fecit, & tentauit.

Non factum esse aliquid, ex contrarijs argumenta promi debebunt.

PROPOSITIONES COMMVNES OMNIVM GENERVM.

An aliquid futurum sit.

Deliberationibus præcipue conueniunt.

An aliquid futurũ sit, hæ propositiones demõstrabũt.

1 Quod in manu potestateq; nostra situm est; si idem volumus, erit efficieturq;.

2 Quæ iubet { Cupiditas, Ira, Ratio, } si adiunctas illæ habeãt vires & facultatem agendi, erunt.

3 Si aut { Operã dabat vt gereret, ac iam iamq; eam rem aggrediebatur, Post facere aliquando statuerat, } dici potest id futurum. Plerunq; enim fiunt potius ea, quæ futura erant, quàm quæ non futura.

4 Si ea iam extiterunt, quæ naturæ ratione antea consuerunt fieri; illud etiam consecuturum esse, quod illa antecedunt, affirmare possumus. Vt, si coactæ sint nubes, verisimile est imbrem non multo post in terram effusum iri.

5 Si, quod huius gratia fit, &, vt hoc ipsum efficiatur, factum iam est; & hoc verisimile est factum iri, quod prioris illius operis finis erat. Vt, si fundamentum, & domus.

Propositiones { De magnitudine & exiguitate rerum, De maiore minore'ue, De magnis reb. & paruis, } quomodo tractari debeant, ex ijs, quæ iam tradita sunt, pspicuũ est. Disputatũ est enĩ in genere { Deliberatiuo, de { Magnitudine bonorũ. Maiore simpliciter bono ac minore. } Iudiciali, de æquo & bono. Demõstratiuo, d̃ honesto. } Quorum locorum ope fines omniũ generum amplificari posse intelligimus.

DE EXEMPLO.

Genera.

Exemplorum duo genera sunt,

1 Vnum, cum commemoratur res gesta, par similisq; ei, de qua nunc quæritur. Vt, si quis dicat exercitum aduersus Persarum Regem esse comparandum, neque sinendum, vt in potestatem suam redigat Aegyptum. Etenim superioribus temporibus DARIVS non antea in Græciam copias traiecit, quàm Aegyptum cepit; capta vero illa traiecit. Rursusq; XERXES non antea Græcos subigere aggressus, quàm ipsa potitus est. potitus vero, in Græciam cum exercitu transijt. Quare & hic, qui ad id nunc se parat, Aegypto subacta, nobis bellum inferet. Quapropter ratio nostræ salutis postulat, vt consilia ipsius conatusq; disturbemus, nec permittamus vllo pacto, vt Aegypto potiatur.

2 Alterum, cum quis fingit aliquid eius generis comminisciturque, quod gestum nunquam sit. Cuius duæ sunt partes

1 Similitudo, παραβολή. (quæ facultas ex sapientiæ studijs comparatur.) Hac in sermone vtebatur Socrates. Vt si quis dicat, nullo modo magistratus sorte creari oportere, quòd perinde esset, ac

- Si quis athletas in campum descensuros sumat, non qui pugnare valeant, sed qui cōtigerint.
- Si forte gubernatore mortuo alius è numero eorum, qui in naui sunt, sufficiendus sit, forte aliquis ducat, q gubernare nauim debeat. tanquam oporteat, qui sorte ductus sit, nōn qui didicerit, ac rerum maritimarum peritus sit, gubernare.

2 Fabulę, λόγοι, vt sunt Aesopicę, Libycæ, cuius modi vsus est

Stesichorus: qui cum Himerenses ducem suarum copiarum fecissent Phalarim, atq; ipsi omnem potestatem belli administrandi dedissent, vellentq; eidem custodes corporis dare, alijs, quę reuocare ipsos possent ab eo consilio, iam prolatis, fabellam hanc exposuit. Equus pratum solus olim tenebat. cum autem ceruus superueniens pabulum dissiparet, cerui vlciscendi cupidus, hominem percontatus est, an cum eo pœnam de ceruo sumere posset. ille vero asseruit, si modo frenum accepisset, & ipse in illum tenens iacula, cōscendisset. vbi verò ille conditionem accepit, & hic ascendit, pro pœna, quam petebat, confestim homini seruiuit: sic & vos, inquit, videte, ne, dum hostes vlcisci cupitis, idem atque equus, patiamini. frenum enim iam habetis, cum ducem cum summo imperio delegeritis. at vero si custodes tradetis, & conscendere permittetis, protinus Phalaridi seruietis.

Aesopus: qui in Samo cum populi ducem de capite caussam dicētem defenderet, dixit: Vulpem, dum flumen traijceret, in uoraginem decidisse: cumq; emergere non posset, conflictatam diu esse, & caninas muscas ei complures adhæsisse: herinaciū vero errabundum, vt eam conspexit, misericordia captum rogasse, num caninas inde abigeret, illamq; non permisisse: verum, cum ille causam quæreret, respōdisse, qa hæ iam plenæ mei sunt, & parum sanguinis exugunt. quod si has abegeris, famelicę aliæ succedentes reliquum sanguinis mei exhaurient. Quáobrem & vobis, inquit, ò viri Samij, hic quidem nihil amplius nocet, quia diues est: sin autem hunc necaueritis, succedent alij pauperes, qui publica depeculando ea vobis dilapidabunt.

DE EXEMPLO.

Vſus & commoditas.

Exemplorũ cum quædam ſint

- 1 Fabulæ: harum eſt
  - 1 Vſus proprius in concionibus.
  - 2 Commoditas, quòd afferre
    - Exempla arduum eſt.
    - Apologos nullum negocium eſt. quos ita fingere comminiſciq́; , vt collationes, licet ei, qui ſimile videre in rebus valet. quod qui philoſophiæ incubuerunt, nullo labore faciunt.
- 2 Res geſtæ: hæ
  - 1 Maiorem vtilitatem præſtant in Deliberationibus, quòd quæ futura ſunt, paria ſimiliaq́; fere ſunt rebus præteritis ac factis.
  - 2 Vice argumentorum, cum horum facultas non erit, ab oratore commode adhiberi poterunt perinde ac demonſtrationes, id eſt rationes rem ipſam probantes.
  - 3 Ei, qui argumentis cauſam ſuam confirmare poterit, erunt tanquam teſtimonia.
  - 4 Collocantur poſt Enthymemata, nam ſi ponantur
    - Ante Enthymemata, videbuntur Inductio: quæ quidem Oratoribus non valde apta accommodataq́; eſt, niſi paucis admodum temporibus ac locis.
    - Poſt Enthymemata, erunt tanquam Teſtimonia. quorum auctoritate fides rebus acquiritur.
  - 5 Si ponatur
    - Ante Enthymemata, neceſſe eſt eum, qui dicit, multa exempla afferre poſſe.
    - Poſt Enthymemata, vnum ſatis eſſe poteſt. Nam teſtis vnus etiam, ſi modo probatæ fidei ſit, multum cauſam adiuuat.

DE SENTENTIA.

Definitio.



Ratio tripartita.

Quibus de rebus, | Quo tempore, | Quib. personis sententias dicere conueniat.

Q> Q> *

I

DE SENTENTIA.

Genera.

Sententiarũ aliæ sunt

- Cum subiectione rationis, (μετ' ἐπιλόγου) quę scilicet cõfirmatiõe aliqua egent. Sũt autem oẽs, quæ
  - Admirabile aliquid edunt.
  - Proferũt aliquid, de quo magnæ cõtrouersiæ ĩter omnes existunt.
  - Quarum aliç sũt
    - Enthymematis pars: Vt, Non est officiũ virorum prudentiũ liberos in studijs literarum diu occupatos tenere, laborareq;, vt illi ad summũ sapientiæ pueniant. Præterquam enim quòd inertes fiunt, nec ab ocio vnquã diuelli possunt: molẽstã periculosamq; aduersus se ciuium inuidiam excitant.
    - Enthymematicę: hoc est, quæ multũ retineant Enthymematis, non tamen pars eius sint: quæ & maxime elucent. Sunt aũt illæ, in quib. causa apparet intelligiturq; eius vocis. Vt, Ne immortalẽ iram serues, cum sis ipse mortalis. Illa enim, Cum sis ipse mortalis, rationis loco posita sunt. Et, Mortalem natũ decet mortalia, non ĩmortalia cõsilia aĩo versare.
      - In quibus hoc firmũ tenere debem9, ne sine subiectione rationis eas prõũciemus, quæ debet vel
        - Præponi: Vt, Quoniã summo studio debemus inuidiam declinare, & omnem existimationẽ ignauiæ aufugere: non est danda opera studijs litterarum.
        - Subijci: Vt, Non est danda opera studijs litterarum: quoniam summo studio debemus inuidiam declinare, & omnem existimationem ignauiæ aufugere.
- Sine subiectione rationis, (ἄνευ ἐπιλόγου:) quæ nihil alienum ab opinionibus multorum continent, ac propterea explicatione non egent, quæ
  - Antequàm verbis illis ea res edita & explanata foret, ita se habere intelligebatur. Vt, Valere optimum est homini, quantum ipsi existimare possumus: in quo nobis conuęnit cum multis.
  - Cum proferuntur, illico perspicuæ sunt, dummodo aliquis attendat, mentisq; aciem illuc cõuertat. Vt, Nemo vnquam amator fuit, quin, quod semel amarit, perpetuo amarit.
    - Quę si fuerint obscura, explicatio adhibẽda est, sed paucis & eleganti quodam modo. Atque ita fient Enthymematicæ.

DE SENTENTIA.

Res, personæ, tempus.

Inter Sententias referri possunt &

- Laconica apophthegmata.
- Aenigmata. Cuiusmodi est illa obscurior vox, qua vsus est Stesichorus poeta, cum Locros castigaret, & à contumeliosa improbaque agendi ratione vellet absterrere: Ne humi cicadæ cogantur cantilenam illam suam exercere. Significauit enim obscure, quod incommodum illos expectaret, qui contumelia aduersus potentes fortunatosq; populos ac reges vterentur. agri enim ipsorum postea deuastantur, & omnes ita inde arbores excinduntur, vt vbi considant cicadæ non habeant.
- Prouerbia quædam: Vt, Atticus inquilinus.

*** Sententijs in dicendo vti decet**

- Seniores: neque tamen omnes, sed eos tantummodo, qui periti sunt rerum, de quibus præcipiunt alijs. Stultum est enim, rudisq; ingenij proprium, sententias proferre de rebus ignotis. quod agrestes rusticosq; homines facere maxime videmus, qui tanquam sententias cudunt, & quasi præcepta quædam semper fundunt.
- Non pueros: quibus indecorum est
  - Cum sententias effutire.
  - Tum fabulas recitare.

Quo tépore, qbus'ue de rebus Sententijs vtendum.

1 Cum aliqua res in vniuerso ita se nõ habet: si quis omnib. vsu uenire idẽ dicat, cũ aut
- Miseram suam fortunã stomachatur.
- Acerbitatẽ alicuius facti exaggerat.

reprehensione caret. Fieri autem hoc debet, siue
- Antequàm confirmetur res, initioq;.
- Post rem explicatam cõclusam'ue.

2 Debemus vti peruulgatis communibusq; sententijs, si causam nostram adiuuant: nec solum ipsi fingere ac nouas cõformare. Quia enim cõmunes sunt, tanquam omnium consensum merue[illegible], [illegible] & vtiles in vita esse creduntur: Vt
- Qui hortatur ad prælium conserendum, quãuis litari nõ potuerit, versu Homerico vti potest: Optimis auspicijs ea geri, quæ pro reip. salute geruntur.
- Qui cum pares copijs virtuteq; aduersarijs non sint, pugnam tamen cõmitti volunt, versu hoc Homeri vtẽtur: Martem belli esse cõmunem.
- Si quis hortatur quempiam ad liberos etiã innocentes tollẽdos, cũ patrem interfecerit, dicat: Non sanæ mentis eum esse, qui patre interfecto liberos superstites esse patiatur.

3 Debemus &t sentẽtias ꝓferre aduersus receptas ꝑuulgatasque. peruulgatas autẽ voces appello, Vt, Nosce te ipsum. Et, Nequid nimis. Hoc autem fiet, quoties aut
- Mores nostri appariturì sunt meliores. Mite.n. ingenium indicabit, q cõtra sententiam Biantis ita disseruerit: Nullo modo oportet ita amare, vt aliquando sis osurus: verum potius ita odisse, vt aliquãdo sis amaturus.
  - Duobus igitur modis aspergi orationi Mores possunt. Si aut
    - Verbis locutioneque ipsa, quid probes aut eligas, declares.
    - Causam reddas eius rei, & doceas, q̃ te causa impellit, vt sententias per uagatas ĩsimules, quodq; vitium illæ in se cõtineant, aperias: Vt
      - Si cõtra sententiã Biãtis ita dispu tes
        - Oportet diligere nõ eo animo, quo aiũt nõnulli, verum illo potius, vt cogites te semper amaturum. Insidiatoris enim illud est.
        - Mihi nullo modo probatur peruulgata illa sententia: decet enim verum amicũ tanquã semper amaturum amare.
      - Illius sententiam non probo: Ne quid nimis. Officium enim est honestorum hominum improbos magnopere odisse.
- Cum affectu animi dicitur. Vt qui ira pcitus sit, ita loquatur: Falsum est omnino, quod aiunt, debere homines se ipsos nosse. hic enim profecto si se ipsum cognosset, nunquã prætor exercitũ ducere voluisset, neque tot cõmoda ex eius prudentia virtuteq; resp. capere potuisset,

DE SENTENTIA.

Vtilitas.

Sententiarum duplex vtilitas,

1 Vna propter ingenium vanum auditorum, qui lætitia afficiũtur, si quis generatim probet opiniones illas, ac veras esse in omnib. tradat, quas ipsi singillatim de aliquib. rebus habeant. Quod autem dico, planum hinc fiet: simulque ostendam, quomodo opiniones eorum, qui audiunt, de singulis rebus, sensusq; animi sententiarum hac prolatione, captare oporteat. Sententia enim, vt supra demonstratum est, in vniuersum de aliqua re enunciatio est. Gaudent autem mirifice auditores, cum in vniuerso ab eo, qui dicit, affirmari intelligunt, quod ipsi antea in parte verum esse credebant. Exempli gratia: Si quis malos aut

- Vicinos
- lios

habẽs, probet oratorem, qui in cursu orationis dicat, nihil magis

- Arduũ molestũq; esse omni vicinitate.
- Stultũ quã procreare liberos.

Quare, qui dicunt, operã dare debent, vt ĩtelligãt, quid sentiãt iudicẽtq; de singulis reb.: ij, ad quos verba facturi sint. Quo cognito, q̃d illi in parte sentiũt, iudicantq;, generatim proferre debẽt.

2 Altera (quæ est quàm superior illa melior) quòd moratam orationem reddit. Mores autem habere dicuntur orationes illæ omnes, in quibus electio eius, qui dicit, impressa perspicitur. Hoc autem efficiunt sententiæ omnes. quia qui sententiam edit, præcipit atque indicat in vniuersum, qui sensus ipsius sit de rebus quæ expetuntur ac fugiuntur in vita. Quare si sententiæ probæ fuerint, & bonæ indolis proborumq; morum videri faciunt oratorem.

DE ENTHYMEMATE.

Præcepta.

Enthymema Syllogismi species est (vt lib. primo dictum est) in quo hæc seruanda sunt,

1 Ne e longinquo petamus propositionem. Hoc enim obscuritatem gignit propter loci distantiam.

2 Ne cũcta sumamus, nihilq; in conflando syllogismo relinquamus. Hoc enim, cum multa ita plana perspicuaq; dicũtur, garrulitas est. Atq; hinc fit, vt imperitorum orationi magis, quã eruditorum, à multitudine populoque fides habeatur. Nam, vt inquiunt poetæ, Qui apud sapientes viros nihil dicendo valẽt, elegãtius astante populo & corona idiotarum loquũtur. Siquidem

- Eruditi dicunt communia, & quę in vniuerso sunt.
- Imperiti ex reb. quas intelligũt cognitasq; habent, cõcludũt: atque ea, quę prope sunt, sumunt.

Quare non debem⁹ ex oĩbus quæ probantur ac vera esse videtur doctissimis etiã ingeniosissimisque viris, legere propositiões, verum ex cognitis definitisq; aut ijs

- Qui existimaturi sint de oratione nostra,
- Quos existimatores ipsi probant sequunturq;.

Ea vero sunt, quæ videtur.

- Omnib⁹.
- Plurimis.

ac colliguntur tum ex

- Necessarijs.
- Probabilibus.

3 Ne indefinita sumamus, sed ea, quæ sunt propria earum rerum, de quibus dicimus.

4 Vt pro temporis & breuitate præfiniamus seponamusq; &

- Quamplurima. Quanto enim plura tenebuntur eorum, quæ rebus adsint, tanto facilius demonstrabitur.
- Quammaxime propinqua illi rei. Quãto enĩ propinquiora, tãto ea, quæ sumentur, erunt
  - Accõmodatiora magisq; propria.
  - Minus cõmunia.

Sunt autẽ

- Cõmunia, ceu si qs Achillẽ laudet, quòd
  - Homo rõnis particeps fuit, nõ bellua.
  - Ex eorũ numero fuit, qui dimidia sui parte Dij Heroesque habiti sunt.
  - Vna cum reliquis Grecis ad Iliũ expugnandũ profectus est.

  Hæc enim nõ vni Achilli, sed alijs etiã quamplurimis cõtigere. Quare qui ita agit, quia cõmunia captat, non magis Achillem, quàm Diomedem laudat.
- Propria, quæ nemini alij præterquã Achilli contigere. Vt
  - Interfecisse
    - Hectorem, optimum Troianorum.
    - Cygnum, qui, dum vixit, vetuit oẽs exire de naui, cum ferro vulnerari nequiret.
  - Quia
    - Nemo iunior
    - Non iureiurando

    ad eã expeditionẽ pfectus est.

DE ENTHYMEMATE.

Ea quæ rebus aut perſonis inſunt.

Ad Enthymemata indagãda in ſyllogiſmo ſiue politico.i. oratorio, ſiue quocunq; neceſſe eſt habere cognita, q̃ illis in rebus aut pſonis vel inſunt, vel ĩeſſe videntur, aut omnia, aut aliqua. Quia ſi nihil teneãs, nihil colligere poteris. Vt

- In genere
  - Deliberatiuo, ſi cõſilium dare velimus Atheniēſibus bellum'ne ſit ab ipſis
    - Suſcipiendum:
    - Nõ ſuſcipiēdũ:
    - neceſſe eſt videre
      - Quę copię ipſorum ſint, an
        - Nauales,
        - Pedeſtres,
        - Vtrunq;.
      - Qui numerus copiarum.
      - Quæ vectigalia.
      - Qui ipſorũ
        - Amici.
        - Inimici.
      - quę bella ſuperiorib. temporib. geſſerint.
      - Quem exitũ eorũ bella habuerint. Et alia huiuſmodi.
    - Ad finẽ aũt referenda ſunt oĩa, qui eſt
      - Vtile.
      - Inutile.
  - Demõſtratiuo, ſi Athenienſes volumus
    - Laudare, dicemus
      - Naualem ipſorum pugnam apud Salamina.
      - Pedeſtre prælium aduerſus Perſas in Marathone.
      - Res geſtas pro ſalute filiorũ Herculis. Et alia ſimilia.
    - Vitupe-rare, dicemus
      - Græcos, libertati natam gentem, in ſeruitutem ab ijs redactos fuiſſe.
      - Eos, qui cũ ipſis in bello cõtra barbarum ſteterãt, & in eo ſtrenue fortiterq; ſe geſſerant, ſedib. ſuis ab illis exturbatos, eorumque agros ſibi diuiſos, vt Aeginetas ac Potidæatas. Et ſi quid aliud eſt, in quo lapſi ſint.
    - Ad finẽ vero omnia referri debent, qui eſt
      - Honeſtum.
      - Turpe.
  - Iudiciali, q aliquem
    - Accuſant, tenere debebunt, quæ ab eo turpiter nefarieq; facta ſint.
    - Defendunt, quæ propria ſint pſonæ ipſius, ac facta deniq; hoĩs ignorare nõ debebũt.
    - Ad finẽ deniq; referẽtur oĩa qui eſt
      - Aequum.
      - Iniquum.
- Si agamus ſiue
  - Accuratius, id eſt Demõſtratiue,
  - Remiſſius, id eſt Probabiliter,
  - Ex tẽpore,
  - De Athenienſibus.
  - De Lacedæmonijs.
  - De Homine.
  - De Deo.
  - De quacunq; re
  - ducere debemus argumenta ex ijs, quę inſunt in illis
    - reb⁹,
    - perſonis.
  - hoc eſt ex ijs,
    - Quę ſępe incidũt.
    - Quęo-portuna in primis ſunt.
    - Quęnõ ſunt indefinita.
  - Vt ſi agamus de Iuſtitia, an ſit bona, necne: ducere debemus argumẽta ex ijs, quæ
    - Propria ſunt aut
      - Iuſtitiæ.
      - Boni.
    - Inueniuntur in
      - Ipſa iuſtitia.
      - Reb. quę de ipſa dicũtur.

DE ENTHYMEMATE.

Enthymematum genera, ac loci.

- Enthymematum quædam
  - Re uera sunt. quorum aliud est
    - Δεικτικόν. Demõstratiuũ, quod confirmat aliquid
      - Esse.
      - Non esse.
      - Estq;, quod in Dialecticorum studio est Syllogismus. monstrat enim ac probat, quod ex propositionibus, quib. assentitur is, cum quo agis, & quæ conueniunt opinionibus multorũ, quod vult propositumq; habet, cõcludit, vt in ipsis consensus animorum, non pugna vlla appareat.
    - Ελεγκτικόν. Refellens, quod uim redarguẽdi habet. Estq; quod in Dialecticorum studio est Elenchus. Ea enim concludit ac colligit, quæ aduersentur ijs, quæ ab aduersario ostensa prius ac conclusa fuerint.
  - Videntur tantummodo, nec tamen sunt. Hæc Græci φαινόμενα appellant, id est apparentia.
- Enthymematũ Loci alij sunt
  - Proprij, hoc est
    - Singulorum generum, Vt
      - Demonstratiui de
        - Honesto.
        - Turpi.
      - Deliberatiui de
        - Vtili.
        - Inutili.
      - Iudicialis de
        - Aequo.
        - Iniquo.
    - Affectum.
    - Morum.
    - Habituum animi.
  - Communes omnium generum
    - Αποδεικτικοί. Demonstratiui.
    - Ελεγκτικοί. Refellentes.
    - Τῶν φαινομένων ἐνθυμημάτων. Apparentium Enthymematum.

LOCI COMMVNES

Loci cõmunes Enthymematum demõstratiuorum.

1 A Contrarijs. Vbi videndum est

- Affirmanti, an contrarium contrario insit.
- Refellēti, an contrariũ contrario non insit.

Vt

- Temperantia bonum, quia intemperantia nocet.
- Si bellum præsentium incommodorũ est causa, erit emendatio pax.
- Si ijs, qui inuiti malefecerũt, æquum nõ est irasci: neque etiam, si quis coactus benefecerit, huic habere gratiã decet.
- Si inter mortales falsis sermonibus fides habetur, contra etiam putandum est, multa, quæ fide careant, mortalibus euenire.

3 A similibus casibus. Simili enim modo, vt in casibus, oportet rem se aut habere, aut non habere. Vt, si quis ostendere volens non omne, quod iustum est, idem etiam bonum esse, ita argumentetur. Si enim istud verum foret; & quicquid iuste fit, idem etiam bene fieret, expetiq; semper deberet: nunc autem contra vsu venire aliquando videmus. Neque enim bonum expetendumque est, si quis omnino mori debeat, iuste mori. ac præstat iniuste mori, immeritoq; supplicio affici.

3 Ab ijs, quæ inter se conferũtur. Nam

Si corũ alteri, quæ mutuo se habent, cõtigerit, vt aut honeste aut iuste quidpiam fecerit; & alteri quoq; vt aut honeste & ipsum aut iuste ppessum sit. Et Si alteri, vt mandarit; & alteri, vt fecerit, honeste inquam aut iuste. Vt Diomedon publicanus pro suo ordine ad populum magistratum'ue aliquẽ loquens, cum exprobraretur ipsis ratio illa augendi patrimonij, de vectigalibus ipsis agens, eamq; rem turpem non esse cõfirmans, dixerit: Si enim vobis illa vendere turpe non est, neque nobis redimere. Et ———
Si, qui damnum accepit, honeste aut iure mulctatus est: & qui illud importauit, honeste aut iure fecit. Contraque ———

Si, qui mali alicui quidpiam intulit, aut honeste aut iuste fecit: & qui sustinuit, eodem & ipse pacto malo affectus est. Posset etiam aliquis ex huius loci fucum facere, decipereq; imperitum aduersarium. Si enim quispiam iuste necatus est, iuste sane ille malum passus est: verum à te id fortasse proficisci non debuit. Qui igitur in laqueum induci non vult, alijq; imponere cupit, seorsum ambas partes spectet: cumq; omnem rem animaduerterit, id faciat, quod causa ipsius postulat. Non enim semper hæc simul stant, & quandoq; alterũ ab altero discrepat: vt, qui scilicet occisus sit, morte dignus fuerit, non tamen, qui interfecit, scelere careat. Vt

- Alcmæon, qui Eriphylen matrem interfecit, iniuste fecisse iudicatus est, etsi illa iure à filio necata videri poterat, cuius patrem interfecerat.
- De Demosthene, iisq; qui Nicanorem interfecerant, iudicium. nam quia iure interfecisse iudicati sunt, iure interfectus esse existimatus est.
- De eo, qui Thebis occisus est, de quo iudiciũ est cõstitutũ, vtrum morte dignus esset. quasi vero iniustum non esset, mortem afferre ei, qui iure moreretur.

ENTHYMEMATVM DEMONSTRATIVORVM.

4 A maiori. Vt, Si ne dij quidem cuncta nouerũt, multo minus homines omnia cognita habent. Est autem hoc: Si, cui magis inesse debet, non inest: profecto neq; cui minus.

5 A minori. Vt, Cæderet etiã propinquos, qui patrem cædit. Ab eo est: Si, quod minus, est: etiam, quod magis, est. Si enim iniuria ibi manet, vbi minus esse debebat: illic etiam existet, vbi frequentius esse consueuit.

Hi duo loci vtrique rei accõmodati sunt, siue aliquid probare velis
- Nõ esse. A maiori.
- Esse. A minori.

6 A pari. Vnde dictum est:
- Ac pater quidem tuus amissis filijs miserandus, Oeneus autem non, qui prę stantissimum Græciæ filium perdidit.
- Si non iniuste Theseus fecit, neque Alexander, qui eandem rapuit.
- Nisi Tyndaridæ iniuste fecerunt, nec Alexander dici potest iniuste fecisse, qui Helenam sororem eorum rapuit.
- Si Hector Patroclum hostem recte necauit, & Paris Achillem sine culpa interemit.
- Si neque alij artifices nihili homines habentur; nõ debent etiam Philosophi parui precij æstimari.
- Si Imperatores non mali belli administratores sunt, quamuis sæpe vincantur: non debent etiam Sophistæ, qui ex disputatione victi discedunt, mali haberi.
- Si decet singulos priuatos vestræ gloriæ seruire, neque hoc illi sine iusta reprehensione omittere possunt: vos quoque vniuersorum Græcorum laudis studiosos esse oportet.

7 A tẽpore. Vt
- Iphicrates argumentatus est in oratione, quam habuit in Harmodium, cum inquit: Si antequam ea, quæ gessi vtilia ac salutaria, postulassem, vt imagine à vobis donarer, si ea confecissem; profecto mihi illam decreuissetis: quomodo igitur nunc, cum ea effecerim, mihi ipsam non concedetis? Nolite igitur committere, vt, quod beneficium expectantes polliceremini, nunc beneficio accepto denegetis, vel potius auferatis.
- Si quis Philippi causam apud Thebanos defenderet, peteretis, vt finerent se cum exercitu per agrum suum iter facere, ac bellum Atheniensib. inferre, diceret oportere ipsos recordari tempus illud, quo ipsius auxilio egebant, &, si tunc id poposcisset, an recusaturi fuerint, cogitare. parum autem æquum esse, vel absurdum potius, si, quia hoc facere neglexit, fideique ipsorum se cõmisit, transmittere illum cum suis copijs per agrum suum non sinere.

LOCI COMMVNES

8 Ab aduersariorum dictis retortis in ipsos. Eminet autem hic Locus inter alios, ac vim maximam semper habere existimatus est. quo vsus est Iphicrates aduersus Aristophontem, eundem interro ans, an accepta pecunia naues proditurus esset, isq; id negasset: quod igitur, inquit, tu, qui Aristophon es, non fecisses, ego, qui Iphicrates sum, fecissem? Non tamen quilibet hoc loco vti potest, sed spectatæ fidei homo solum ac probitatis: omninoque necesse est multo peius existimari de accusatore, crediq; illum magis affinem esse sceleri omni ac flagitio. si enim res aliter se habet, silere melius est. quis enim ferret eum, qui contra Aristidem sic loqueretur? Tunc autem conuenit hoc loco vti, cum is, qui nobis molestus est, in eo crimine, cuius nos insimulat, valde suspectus est: ac neminem facile inueniret, qui illi quicquam crederet. omnino enim accusator melior proriorq; debet esse reo: hocq; ipsum semper, se (inquam) innocētiorem melioremq; illo esse docere. Stultus enim est ac sinistri ingenij homo ab omnibus habēdus, qui aut

- Reprehēdit alios castigatq; verbis ob ea, quæ ipse aut
  - Facit.
  - Faceret.
- Suadet alicui vt faciat, quæ ipse nec
  - Facit.
  - Vlla ratione pduci posset vt faceret.

9 A definitione. Vt

- Quia Dæmonium nihil aliud est, nisi aut Deus, aut Dei opus, & quisquis Dei opus extare putat, necesse est eundem existimare & Deos esse.
- Iphicrates dixit, is maxime generosus est, qui optimus. nam Harmodius ipse, quo tu auctore nobilitatis tuæ gloriaris, Aristogitonq; qui socius ipsius in interficiendo tyranno fuit, cum postea semper clari illustresq; extiterint, nihil in se generositatis habuerunt, priusquàm generosum illud inclytumq; facinus fecerint. Et—— Tu, qui te sanguine propinquum Harmodio & Aristogitoni facis, ~~mentiri: ipse enim potius me propinquum~~ illorum dicere possum. nanq; res meæ gestæ magis propinquæ affinesq; sunt illorum factis, quàm tuæ.
- Est in ea oratione, quæ Paridem ornat: Omnes quidem fateantur, intemperantes viros vna contentos non esse. at Paris sola Helena contentus vixit.
- Quod Socrates dixit, cum ab amicis causam interrogatus, quamobrem ad Archelaum non accederet, respondit, contumeliam esse non respondere commodis acceptis, vt etiam illatas iniurias non vlcisci.

Cūcti enim hi, qui ita egerunt, cum rem definierint, sumpserintq; naturā eius ac uim, concludūt quod volunt de reb. illis, de quibus verba faciunt.

ENTHYMEMATVM DEMONSTRATIVORVM.

10 A quotupliciter dicto. Vt in Topica disciplina, cum quæritur, quot modis capiatur, cum aliquid recte factum dicitur.

11 A diuisione, seu partitione. Vt, Si cuncti, qui iniuria quempiam afficiunt, trium rerum aliqua impelluntur: aut enim (verbi causa)
- Ob voluptatem.
- Ob vtilitatem.
- Quòd irati illi fuerint.

Ob duas autem earum fieri nullo pacto potest, vt effecerit; ob reliquam vero ne ipsi quidem, qui insimulant, fecisse aiunt: constat eum innocentem esse, culpamq; apud alium manere.

12 Ab inductione. Vt

Illud ex Peparethia. Mulieres omnibus in locis consueuisse, cum controuersia oritur, ex quo patre filij orti sint, de ea re statuere: ac quicquid ab illis definitum sit, semper postea ratum haberi. Hoc enim cum antea incertum esset, Athenis Mantiæ Oratori mater pueri indicauit. erat autem de hac re lis inter eum & patrem orta. Hoc etiam Thebis cum Ismenias Stilbonq; (quorum vterque se patrem Thessalisci putabat) de eo inter se disceptarent, Dodonis mater, Ismeniæ illum esse declarauit. causaque hæc fuit cur Thessaliscum ipsum semper Ismeniæ filium crediderunt.

Illud Theodectis: Si videmus ijs, qui male negligenterq; alienos equos curarunt, homines suos curandos non dare: & ijs, qui alienas naues euertunt, suas non committere. Si res igitur eodem modo in omnibus rebus se habet: & eorum opera, qui alienam male custodierunt, in sua propriaq; salute vtendum non est.

Illud Alcidamantis: Sapientes viros ab omni ciuitate genteq; semper in magno honore habitos esse. Parij enim Archilochum, quia sapiens erat, quamuis maledicentissimus foret, honore affecerunt. Chij quoq; Homerum propter sapientiam in honore habuerunt, qui apud eos natus non est. Eodemq; pacto Mitylenæi Sapphonem, quamuis fœmina foret. Lacedæmonij quoque Chilonem in senatum legerunt, cum tamen parum studiosi humanitatis essent. Et Italiæ pars ea, quæ magna Græcia appellata est, Pythagoram Samium honorauit. Et Lampsaceni Anaxagoram Physicum, peregrinum hominem, eadem de causa sepulchro decorarunt, atque in hunc vsque diem honorant.

Et Athenienses Solonis legibus vtentes beati fuerunt: & Lacedæmonij donec ex legibus Lycurgi vixerunt: & Thebis simulatq; philosophiæ studio se præsides tradiderunt, beata ciuitas illa fuit.

LOCI COMMVNES

13 A reb. iudicatis aut
- Iisdem.
- Similibus,
- Cōtrarijs.

In quib. apparet sententia semper eadem
- Omnium.
- Plurimorum.
- Sapiētum
  - Omnium.
  - Plurium.
- Proborum virorum.
- Ipsorum iudicum.
- Eorum, qui à Iudicibus approbantur.
- Eorum, cōtra quorum iudicium non licet existimare; vt dominorum.
- Eorū, cōtra quos iudicare non est honestum, vt
  - Deorum.
  - Parētum.
  - Praeceptorum.

Vt illud in Mixidemidem dixit Antocles: Si Eumenides, seueræ deæ, sibi honestum putarunt, causam suam in Areopago tractari: Mixidemides vero non honestum?

Vt Sappho, cum mortem malum ostendere vellet, ad iudicium deorum immortalium confugit, à quibus dissentire nefas est. illi enim mortem à se, vt rem malam, arcuisse credi debent.

Vt Aristippus, cum Platonis contumatiam accusare vellet, qui in sermone disputationeue quidpiam asseuerantius protulerat; ad auctoritatem magistri confugit, cumq; longe aliter se gerere solitum declarauit, nec loquendi rationem illam vnquam probasse.

Vt Hegesippus Delphis percunctatus est Deum, cum antea ex Olympia responsum tulisset, an ipsi de eadem re idem, quod patri, videretur. tāquam turpe Apollini futurū esset, dicere se aliter sentire.

Vt Isocrates de Helena, quā scripsit compotem multæ virtutis fuisse. siquidē Theseus, qui ante Paridē illam rapuit, ita existimauit.

Vt idem de Paride: à quo diiudicari deæ voluerunt.

Vt idem de Euagora, quòd multæ virtutis fuerit. Conon enim Atheniensis, fractis iam opib. ciuitatis, in aduersisq; reb. suis, omnib. alijs posthabitis potentissimis hominibus populisq;, quò confugere potuisset; ad vnum Euagoram se cōtulit, cumq; tutum portum suorum malorum esse duxit.

14 Ab enumeratione partium. Vt
- In Topica facultate: Quæ motio est animus? hæc, an illa? plures enim sunt partes, quæ motum constituunt, quarum si nulla est animus, planum fit animum motum non esse.
- Ex Socrate Theodectis: Ecquod templum Socrates violauit? quos deos non coluit, quos ciuitas asciuerit? Non impius ergo est Socrates.

ENTHIMEMATVM DEMONSTRATIVORVM.

15 A cõſequentibus
- Bonis.
- Malis.
  - Qui locus cõmunis eſt tribus generib.
    - Demõſtr.
    - Deliberat.
    - Iudic.
      - Vt, Eruditionẽ cõſequitur
        - Inuidia. quod malum eſt.
        - Sapientia. qđ bonũ eſt.
          - Qui igitur
            - Diſſuadet à ſtudijs litterarũ, alteram illam partem attingit, quæ moleſta eſt.
            - Scientiæ operam dandam ait, bonum, quod illi comitatur, arripit.

Ex hoc loco conſtat Callippi ars, aſſumptis locis communibus, De eo quod fieri poſsit, & alijs, de quibus dictum eſt à nobis.

16 A conſequentib. contrarijs. Cũ de duob. inter ſeq; oppoſitis illorũ alterum oporteat aut
- Suadere;
- Diſſuadere;
  - Modoq; ãtea tradito ĩn ambobus vti. Diſcrimen tamen eſt ĩter hũc & ſuperiorẽ lõcum, q̃ opponuntur in
    - Superiore qualiacũq;
    - Hoc contraria tãtum, & q̃ è regiõe collocata ſunt.
      - Vt cũ
        - Sacerdos q̃dã filio ſuadebat, ne orator fieret, neque in cõcione de publicis reb. diceret. Neque enim (inq̃t) ſi omnia facias, incolumis ex iſto negocio exire potes: Si enĩ defenderis ea, quæ
          - Aequa ſunt, apud homines
          - Iniqua ſunt, apud deos
            - offendes.
        - Alius contra, non eſſe cunctandũ reip. operã dare ac concionari. Si enim ſteteris pro
          - Aequo ac iuſto, dij te
          - Iniquo & iniuſto, homines te
            - diligent.
              - Hoc autem idẽ eſt, atque illud, quod vulgo dicitur: Oleum & ſalem emere. Hæc vero argumentatio βλαίσωσις appellatur: Cùm duorum contrariorũ vtriq; boni quidpiám maliq; cõmittetur. quæ bona malaque inter ſe & ipſa contraria ſunt.

LOCI COMMVNES

17 A paradoxo, siue ab ijs, quæ palam laudantur, cum contraria clam appetantur. Qui locus inter eos, qui contra communem opinionem proferuntur, est potentissimus. Vt, Iusta & honesta palam quidem laudantur, vtilia vero clam expetuntur. Si quis igitur honesta commendauerit; opportunitates vtilium contra proferentur: sin vtilia; honesta, prædicatione omnium, excellere demonstrabuntur.

18 Ab analogia, siue ab eo, quòd res ex proportione contingant. Vt

- Iphicrates, summus Atheniensis vir, cum grandem corpore, non ætate filium haberet, vellentque qui rei militaris curæ præerant, eum quamuis iuniorem, ætatisq; beneficio solutum, publica onera sustinere, iniquitatem eorum, erroremque redarguens, inquit: Si, qui magno corpore sunt, pueros pro viris habent, non possunt recusare, quin pusillos homines pueros esse sciscant.
- Illud Theodectis in lege: Si ciuitate donatis mercenarios milites, Strabacem & Charidemum ob modestiam probitatemq;: debetis etiam in exilium agere, quicunq; ex eo numero improba facta fecerunt.

19 A contingentib. siue consequentibus: hoc est: Cum idem contingit atque vsu venit duab. e rebus, eadem etiam haberi debere, vnde illud emanat atque vsu uenit, quamuis diuersa videantur. Vt Xenophanes, qui aiebat similiter impie facere, q. dicunt deos oriri, & qui interire affirmant. Idem enim ex vtraque re docet occurrere, dari scilicet tempus cum dij nō sint: quod prorsus impiū est. Demumq; quod ex ambobus vsu uenit atq; occurrit, quamuis aliquantulum diuersa inter se sint, quæ scilicet ex ambobus occurrunt, vt vnum idemq; semper capere. Vt

- Non sententiam laturi estis de Socrate, verū de toto hoc studio, an opera danda sit philosophiæ.
- Dare terram aquamq;, seruitus est, libertatisque amissio.
- Ascribi in fœdus velle, est accipere iniquas conditiones, & leges sibi imponi pati.

Duarum vero harum rerum, ex quarum alterutra, quamuis diuersæ illæ sint, idem tamen contingit atque exoritur, sumenda est, vtra rationi nostræ accommodata est, ac valet ad id, quod volumus, peragendum.

ENTHYMEMATVM DEMONSTRATIVORVM.

20 A varia electione eiusdem diuersis temporibus. hoc est: Quòd non eadem ijdem homines diuersis temporibus sequantur: posteaq; sedulo fugiant, quæ antea cupide expetiuerint. Cuiusmodi hoc enthymema est: Si exulantes pugnabamus vt restitueremur: restituti fugiemus, ne depugnemus? Fuit enim tempus cùm domi viuere atque in patria manere auxilio armorum, & cum aliter id obtinere non possent, pugnando elegerunt. Fuit item tempus, cum tantopere à prælijs contentionibusq; abhorrerent, vt æquo animo ferrent carere patria, rursusq; in exilium pelli, vti ne pugnarent.

21 A causa diuersa. hoc est: Cuius gratia illud fieri potuit, quamuis vere factum nō sit, eius causa fieri potuisse, vel factum esse. Vt

- Si quis dedit alicui, quæ postea eripiens, dolorem inureret. Vnde illud veteris poetæ: Multis fortuna amplissima commoda dilargitur: nec tamen ornat eos præclaris illis bonis, quia diligat ipsos, verum vt miseriæ, in quas trudere cogitat, insigniores sint ac magis conspicuæ, comparatæ tam secundis eorum præteritis rebus.
- Illud ex Meleagro Antiphontis: Ex omni Græcia concursus factus est, non vt aprum occiderent, sed vt testes essent incredibilis virtutis Meleagri apud omnem Græciam.
- Illud ex Aiace Theodectis: Vlyssem ex omnibus principibus Græcorum à Diomede sumptum fuisse, non cui honorem deferret, sed quem se inferiorem secum duceret. Nihil enim vetat, quin ea etiam de causa id fieri à Diomede potuerit.



Ex hoc vno loco Pamphilus, & Callippus libros suos totos de arte studioque dicendi conformarunt.

LOCI COMMVNES

23 Ab ijs, quæ fieri existimātur illa quidem, sed fide carent. Quoniam nō crederentur, nisi aut

Essent,

Ea, quæ vere sunt,

Prope essent,

eoque magis, quod homines credunt aut

Verisimilia,

Quòd si eorum alterum non est, restat vt alterum sit. Si enim incredibile, & nullo modo verisimile, verum sit necesse est. Quod enim assecutum est, vt eo modo se habere videatur, esseque existimetur; non inde nomen accepit, quòd verisimile sit & factum ad persuadendum: habeat igitur illud oportet à veritate ipsa. Vt Androcle Pittheo legem accusante, ipsiq; dicenti obstrepente corona. aiebat enim leges lege alia, quæ corrigeret, egere, vt etiam pisces sale. quanquam verisimile non est, neque aptum ad persuadendum, pisces, cum in salso alantur, sale indigere, vt denique olearum carnes oleo: quod etiam omnem fidem superat, vt ex quibus oleum conficitur, hæc oleo, tanquam si vacua ab eo forent, indigeant.

ENTHYMEMATUM REFELLENTIUM.

Loci communes Enthymematũ refellentium.

1 A repugnãtibus. Vbi diligenter excutientes

- Preteritum omne tempus.
- Actiones.
- Sermones.

spectare oportet ea omnia, quæ disſident in perſona partim

- Sua. Vt: Aduerſarius affirmat me ſecta torem eſſe litium: nec tamen demõſtrare poteſt, me vnquam cauſam dixiſſe, aut quempiam in iudicium vocaſſe.
- Aduerſarij. Vt: Hic ait ſe libertati veſtræ amicũ eſſe. vnà tamẽ cum x x x illis viris conſpirauit contra nos.
- Sua & aduerſarij. Vt: Hic qui nũc me auaritiæ inſimulat, ſeq; liberalem videri vult, neminem vnquam pecunia ſua ſubleuauit: contra ipſe multos veſtrum captos ab hoſtibus redemi.

2 A dilutione ſuſpitionis. Qui locus valet ad purgandas aliquas tum

- Perſonas.
- Res.

Quibus iam turpis aliqua macula aſperſa ſit: quæ tamen nullo modo hærere ipſis videatur, quòd alienæ ab ea ſint. Ratio autem eſt, quæ auxilio his eſſe poteſt, & abſtergere ab ipſis labem illam, exponere cauſam rei incredibilis, & quæ quamuis diſſeminata prius ſit, repugnabat tamen iudicijs & opinionibus hominum de illis rebus. Sit autem omnino aliquid neceſſe eſt, vnde ſiniſtra illa opinio fuerit excitata. ſtatim autem illo patefacto ac diluto infamia delebitur. Ceu cum mater quædam filium ſubijſſet, corporique ipſius corpus ſuum ſuppoſuiſſet, vt commode cum oſculari poſſet, in eo habitu corporis ſpectata, viſa eſt ſtuprum cum adoleſcente exercere: cauſa vero eius rei expoſita, declaratoq; vt os ori admouere poſſet, ac blande illum ſalutare, ideo amplexatam illum fuiſſe; falſum crimen diſſolutum eſt, totaque illa incommoda opinio diſiecta.

LOCI COMMVNES

3 A causa. Si causa aliquid faciendi alicui

- Fuerit, id factum esse. Vnà enim manent &
  - Causa.
  - Causæ euentus.
- Non fuerit, non factum esse. Nam sine causa nihil est. Vt Leodamas se defendens, accusante Thrasybulo, quòd cùm ipsius nomen vt proditoris & hostis in columna, quæ in arce erat, incisum olim fuisset, eius eradendi facultatem habuisset regnantibus xxx illis tyrannis, apud quos multum gratia valuerit: rem ita se habere nullo modo respondit: maiorem enim ipsi fidem habituros fuisse xxx illos viros testatis publicis monumentis inimicitijs, quæ ipsi cum populo fuerant.

4 A consideratione melioris temporis & loci. Si melius alia ratione ac via aut

- Licuit / Licet
  - illa admini strari ac geri, quã aut
    - Suadet, / Agit. / Egit.
      - Planum est enim, nisi res hoc pacto se habeat, vt melius ab eo tractari nõ potuerit, illum nõ fecisse, quòd nemo sciens volésq; melioribus relictis, eligat quæ deteriora sunt, & ad aliquid agendum minus valent. Subdola tamen hæc ratio est ac falacię plena. quod enim primo ignorabatur, quomodo id aggredi oporteret, & quæ via ad facinus perpetrandum melior foret, postea patefactum est. multa autem tẽpus aperit, quæ antea obscura erant.

5 Ab inspectione pugnantium. Siquando gerendum sit aliquid, quod ijs, quæ gesta sunt, aduersetur. Vt Xenophanes rogantibus Eleatis, num sacrificarent Leucotheæ, atque lugerent, respondit

- Si deam putarent, ne lugerent.
- Si hominem crederent, ne sacrificarent.

ENTHYMEMATVM REFELLENTIVM.

6 A reb. in quib. lapsus est quispiam. Hoc loco vtimur & cum
- Accusamus.
- Defendim'.

Vt in Carcini Medea, qui eam
- Accusant, quòd filios necauerit: nec enim illi vsquam apparebãt. peccauit autem Medea, quæ filios in alias terras amandarat.
- Defendunt: quæ, si quempiam fuit occisura, non filios, sed Iasonem occidisset. nimis enim peccasset, nisi hoc fecisset, si modo illud etiam alterum, vt vultis, perpetrasset.

Est autem locus hic & forma Enthymematis prior ars Theodori tota.

7 A notatione, siue nominis interpretatione. Vt
- Sophocles: Aperte Σιδηρὼ, id est, ferrea, & nomen ipsum ferens.
- Conon Thrasybulum, θρασύβουλον, idest audacem in consilijs capiendis appellabat.
- Herodicus
  - Thrasymachum: Semper θρασύμαχος, idest audax in litibus & concertationibus es.
  - Polum: Semper tu quidem πῶλος, idest pullus equinus es.
  - Draconem legislatorem: Quòd non hominis leges essent, sed draconis, quippe asperæ.
- Apud Euripidem Hecuba in Venerem: Καὶ τοὔνομ' ὀρθῶς ἀφροσύνης ἄρχει θεᾶς.
- Chæremon: Πενθεὺς, à futura calamitate appellatus.

Laudantur ex Enthymematibus refellentia magis, quã demonstratiua. nam &
- Breuis contrariorum collectio est Enthymema elenchicum.
- Auditori, quæ inter se conferuntur, lucidiora sunt.

Ex omnib. aũt Enthymematib. tum ad
- Demonstrandũ
- Refellendum

accõmodatis, ea maxime cõmouent animos eorum, qui audiunt, quæ non cum tota iam prolata sunt, intelligũtur, sed cum incipiunt proferri, illi prouidẽt. Eodem enim tempore & ipsi secum gaudent, antequàm illa absoluta planeq; enunciata sint, se ipsa percepisse atque omnem vim illorũ intellexisse. Nec tantum ea, quæ prouidẽtur, probãtur, verũ ẽt illa, quæ si nõ antea percipiũtur, simulac tamẽ dicta sunt, intelliguntur: nec longa indigent subtiliq; cõsideratione.

LOCI COMMVNES

Loci cõmunes apparentium Enthymematum

1 Ab elocutione. Quæ fallacia duobus modis tractari potest, aut

Nullo adhibito Syllogismo. Cum scilicet quispiam, quamuis nihil ratione concluserit, extremam tamen partem ita profert, vt si id ex præcedentib. omnino sequeretur. Non est igitur hoc & hoc: Necesse est igitur hoc esse & hoc. Et oratione vtitur contorta atque opposita ita vt Enthymema videatur: (Huiusmodi enim elocutio est sedes & tanquam regio Enthymematum:) Enthymematis autem speciem præbet ob figuram loquendi & prolationem. Vtile enim est ad hanc rem, vt videatur scilicet syllogistice dicere, & firma ratione concludere, huiuscemodi quampiam suppellectilem antea studiose comparatam proferre, idest capita multorum syllogismorum. Exempli causa dicere: His quidem saluti fuit: aliorum iniurias vltus est: Græcos in libertatem vindicauit. Singula enim hæc alijs argumentis antea probata sunt: ipsis vero ita coaceruatis, effici quicquam & concludi videtur.)

Homonymia, idest duplici notione nominis. Vt

- Si quis dicat, omni honore dignum esse μῦν, compotemq; esse multæ virtutis, à quo etiam appellata forent augusta illa sacra, quæque dignitate cunctis alijs præstarent. Mysteria enim alia omnia dignitate superabant.
- Si quis terrestrem canem ornare volens, complectatur etiam cœlestem hunc canem, siue pastoralem Deum Pana, & ipsum canem appellatum: quæque illis conueniunt, huic etiam tribuat. Vt illud Pindari: O beate, quem magnæ deæ omnifarium canem appellant dij immortales.
- Si quis affirmet Mercurium esse κοινωνικὸν supra omnes deos, quia solus vocatur κοινὸς Ἑρμῆς.
- Si quis dicat λόγον esse rem præstantissimam, & quæ multum in se dignitatis habeat, quia boni ac fortes viri non pecuniarum, sed λόγου ἄξιοι sint, λόγου enim ἄξιον plures intellectus habet.

ENTHYMEMATVM APPARENTIVM.

Ἆρα οἶδας; σὺ νῦν ὄντας ἐν Πειραιεῖ τριήρεις ἐν Σικελίᾳ ὤν. Ita igitur ille agebat: Tu ſcis te eſſe in Piræeo; quod concedebatur ipſi, ac verum erat. Scis triremes Athenienſium eſſe in Sicilia (miſerant enim eò claſſem, vt eam inſulam occuparent:) id quoque non inficiabatur, qui interrogatus erat. Tu ſcis igitur (aiebat ille) in Piræeo triremes eſſe, in Sicilia exiſtens. Qua captione ipſum in Sicilia, ſcire triremes eſſe in Piræeo cogebatur. Cum eo enim, ſcire in Piræeo coniungebatur triremes eſſe: à quo remotum primo pronunciatum fuerat. ab illo vero, in Sicilia, cum quo copulatum editum primo fuerat, diiungebatur: atque ita efficiebatur ipſum, in Sicilia cum eſſet, ſcire in Piræeo triremes eſſe. Separatim enim vtrunque nouit, ſe in portu Athenienſium tunc eſſe, triremesq́; item in Sicilia, e quorum conglutinatione fallax ratio conflata, quæ inde vocata eſt παρὰ σύνθεσιν.

2 A disiūctis ſimul prolatis, & coniunctis ſeparatim prolatis. Nam, quoniam idē eſſe videtur, cum ſæpe idem non ſit: vtrum vtilius, id faciēdum eſt. Eſt vero hæc illa Euthydemi ſophiſtæ ratio. Vt

Si dicamus: Qui elementa ex quib. dictiones conſtant, didicerit, verſum etiam nouiſſe: cum vnum idemque ſit, carmen litteræque, ex quibus conſtitutum illud eſt.

Si bis tantum eſt inſalubre, neque vnum erit ſalubre. Nam abſurdum eſt, ſi ambo ſunt bona, vnum eſſe malum. Atque hoc quidem modo in refellendo valet, illo vero in demonſtrando. Neque enim ex duob. malis vnum bonum eſſe poteſt. Totus autem hic locus, vtro modo cum tractes, fallax eſt, ac decipiendis aduerſarijs rudioribus accommodatus.

Illud Polycratis in Thraſybulum, quem cum ornare vellet, quòd Athenienſes in libertatem vindicaſſet, omniaque, quæ illi honori eſſent, arriperet, hac quoque captione vſus, dixit, eum XXX tyrannos ſuſtuliſſe, cum vnam tantum tyrannidem diſturbaſſet. Quæ igitur ſeorſum poſita vera erant, cum fraude copulauit.

Illud Theodectis in Oreſte, ex diuiſione prolatum: Quæ maritum necarit, morte plecti æquum eſt. (Seorſum hoc poſitum reprehendi non poteſt.) Et filium vlciſci iniurias parentis. (hoc quoque ſeiunctum, pium ac ſanctum eſt.) Atqui hæc geſta ſunt, aiebat Oreſtes. Quæ igitur ſeparata iuſta erant, coniuncta fortaſſe amplius iuſta non ſunt. Hoc referri etiam poteſt ad aliam fallacis concluſionis rationem, quæ quòd præciſa oratio ſit, παρὰ τὴν ἔλλειψιν appellatur. non enim explanatum eſt, à quo. Aequum enim eſt viri interfectricem occidi, ſed à magiſtratu, non à quolibet homine. multo magis dubitandum eſt, an à filio recte tolli poſſit.

LOCI COMMVNES

3 Ab amplificatione ante explicationem rei factæ. Cū aliqd vel
- Cōfirmamus,
- Refellimus,

nullo argumento vsi, sed subdola quadam ratione, quæ multū ad fallendum valet: ac confugimus ad δείνωσιν quam appellant rhetores: & quāuis nihil demonstratum sit, tamē crimen exaggeramus, tanq̄ planū iam factū sit, cum illi crimini affinem. Excitat autem hæc δείνωσις huiuscemodi quandam opinionē in aīs eorū, qui audiūt, quòd res aut
- Non facta sit, cū reus, & qui culpæ illi affinis creditur, crimē auxerit.
- Facta sit, cum accusator indignetur & excandescat.

Non tamē hoc Enthymema haberi debet, quamuis eò ducat auditorem, quò vult. decipitur enī is stultitia sua, creditq; aut
- Factum.
- Non factum.

quamuis nihil demōstratum argumētoque conclusum sit.

4 A signo. ex quo nil recte concluditur. Vt
- Si quis diceret conducere liberis ciuitatibus puerorum amores, atque id ita probaret: Amor enim Harmodij Aristogitonisq; Hipparchum tyrannum sustulit ac regno spoliauit: is infirma inaniq; ratione vsus foret.
- Si quis ostendere volens Dionysium, Syracusanorum tyrannum, furem esse, ita agat, signumq; huius rei proferat, quòd ille sit maleficus & iniustus. Hæc quoque ratio nihil firmitatis habet. neque enim quicunq; improbus, subito idem fur: sed nullus quidem fur, quin idem improbus sit.

5 Ab accidenti. Vt
- Quod ait Polycrates in laudem murium: quòd opem tulerint genti cuidam corrosis deuoratisq; arcuum neruis, quos gerebant, qui bellum ipsis intulerant.
- Si quis diceret: Ad cœnam vocari rem honorificentissimam esse: Achilles enim grauiter succensuit Græcis in insula Tenedo, quòd vocatus non sit. Vt contemptus autem ignominiaq; affectus succensuit Achilles. Id vero accidit ex eo, quia inuitatus non fuit.

ENTHYMEMATVM APPARENTIVM.

Qui Paridem ornat, affirmans eum magni animi virum fuisse, quòd solus in Ida monte, relicta æqualium consuetudine, viueret. Cum enim huiuscemodi sit ingenium magnanimorum virorum, vt solitudine delectentur, magnanimus ille quoque videri posset.

Quia nimis ornatui corporis indulget, ac noctu in publico ambulat, adulter est: huiusce modi enim sunt adulteri.

6 A consequenti. Vt

Si quis mendicos diceret fortunatos, quòd in fanis ac templis deorum immortalium suo arbitrio canunt & saltant.

Exules itidem beatos, quib. liceat ponere sedes ac domicilia, vbicunq; terrarum ipsis visum fuerit. Quia igitur ijs hæc adsunt, qui beati ac fortunati vulgo prædicantur: quibuscunq; eadem adsunt, illi beati ac fortunati videri possunt. Differt autem, quomodo hæc fiant. ac propterea incidit hæc fallacia in aliud genus vitiosæ conclusionis, quod παρ' ἔλλειψιν vocatum est.

7 A causa, quæ cum non sit vere, ponitur tamen tanquam causa. Vt quod vna cum facto, aut post accidit. Quod enim mali ortum est post aliquod ipsius factum, quem criminari volunt, sumunt tanquam inde prouenerit. Et, qui in rep. versantur, plurimum hoc loco vtuntur. Vt Demades aiebat Demosthenis curationem reip. vniuersorum malorum causam extitisse. non multo enim post, quàm reip. operam ille dare cœpit, fortuito bellum exortum est.

8 A prætermissione

Temporis. Vt, si quis optimo iure Paridem diceret secum asportasse Helenam. data enim fuit optio ipsi à patre, vt, quem vellet, procum sequeretur. Nec enim ille semper voluit hoc potestatis ipsius esse, sed initio tantum, cum nondum eam certo viro destinasset. Postea enim ius omne in filiam amisit Pater.

Modi. Vt, si quis affirmet, cædere liberos homines, contumeliam esse. neque enim quocunq; modo quis cædat, contumelia est, sed cum rixæ origo causáq; apud eum manet, si prior lacessiuit.

LOCI COMMVNES

9 A simulato verisimili. Vt enim in litigiosis & plenis cōtentionum disputationibus gignitur adumbratus falsusq; syllogismus, quòd simpliciter, aut nō simpliciter, sed quiddam, idest definitū aliquid prolatum sit, vt in sophisticis disputationibus: Vt, Id, quod non est, ens est. neque enim est, quod non est. Et, Scientia continetur res, quæ cognosci percipique non potest. Cum enim intelligatur rem illam percipi non posse; quod est quoddā sciri: omnino simpliciterque sciri posse concluditur. Sic in oratorijs captiosum Enthymema gignitur, quod proficiscitur à non simplici, sed certo quodam verisimili, quod non in vniuersum vsu uenit, nec plerunque fit. Esse autem genus huiuscemodi verisimilis cognouit etiam Agathon. nam in fabula quadam de eo sic locutus est: Non sine causa quispiam hoc ipsum verisimile esse diceret, mortalibus multa vsu uenire, quæ verisimilia non sunt. Fit enim aliquando quidpiam, quod verisimile non erat factum iri. Quare verisimile est, & quod præter verisimile gignitur. Quòd si hoc verum est, vt est; id etiam quod verisimile non est, verisimile erit: veruntamen non absolute, simpliciterq; verisimile. Sed, vt in contentiosis illis disputationibus gignuntur multæ fallaciæ, cū silentur conditiones hæ, quæ appositæ omnem dolum discuterent,

Qua ex parte.

Ad qđ relata.

Quo in loco.

sic ī his rebus multæ existūt fraudes, cū de verisimili non vero ac primo, sed simulato secundoq; loquimur. Ex quo vno loco artē suam cōfecit Corax. Siue enim reus

Nō affinis est crimini: Vt, si infirmo corpore aliquis petulantiæ reus sit, facile defenditur. Non enim verisimile est, imbecillum hominem, & nullis viribus corporis præditum quēpiam verberasse.

Obnoxi⁹ est culpæ: Vt, si idem robustus fuerit, dicemus etiam verisimile id nō esse. neq; enim existimari debet, quempiam id commisisse, cuius si in iudicium vocaretur, facile redargui posset.

Quod autē hic demōstratū est, in alijs ēt rebus verum esse iuenietur. necesse enim est, sit culpæ vel affinis, vel nō affinis. Ambo autem hæc verisimilia videntur, quorum tamē

Alterū proprio nomine verisimile erit: quod græci εἰκὸς appellāt. De quo vide pag. 4.

Alterum simpliciter absoluteque verisimile dici nō potest, sed nouum genus verisimilis, vt supra docuimus. & quod sophistæ profitentur, qui aiunt, se inferiorē causam, superiorē posse facere dicendo, nihil aliud est: atque hinc totum pendet. Atq; idcirco Protagoræ arrogantē vocē iure optimo ferre hoīes nō poterāt. falsa enim est: atque hoc, quo deteriorē causā tuebatur, verisimile, verū verisimile non est, sed simulatū ac fictū, & quod speciē modo verisimilis habet. neq; in vlla arte reperitur preter quàm ī rhetorica & sophistica.

DE ARGVMENTORVM DISSOLVTIONIBVS.

Argumenta, quib. refellimus, nō habēt diuersam speciem ab ijs, quibus cōfirmamus. Argumenta igitur aduersariorū duob. modis dissolui possunt, (pag. 160.)

Quæ sæpe speciem tantum veri habent, non semper veræ sunt.

1 Ἀντισυλλογισμῷ, id est contra argumentando. Vt cum probatur contrarium. Exempli gratia: Si quis demonstrauit factum esse: qui soluere vult, ostendit non esse factum. Et contra: Si quis ostendit non esse factum: qui vult soluere, factum esse demonstrat. Quæ quidem facultas ex ijsdem locis, quibus res aliqua confirmata fuerit, suppeditabitur. Syllogismi enim oratorij ad concludendum sumunt res probabiles. Multa enim, quæ videntur ac probabilia sunt, contraria inter se sunt.

2 Ἐνστάσει, idest obiectione afferenda. quæ quidē fit aut in vniuerso, aut in parte: neq; est Enthymema, sed opinionis alicuius pronūciatio, ex qua syllogismo conclusum non esse, aut falsi aliquid sumptum esse patebit. Id autem fit quatuor modis.

1 A re ipsa, de qua aduersarius conflauit enthymema. Vt, si quis argumēto concluserit, Amorem & bonum & honestum esse: bifariam resistere possumus, aut

- In vniuerso dicētes omnē egestatem esse malum.
- In parte: nec enim vulgo dictus fuisset, omni in mē; consensu improbatus, Caunius amor: nisi praui etiam quidam amores inuenirentur.

2 A contrario. Vt si quis enthymemate comprobarit, probum virum cunctos amicos beneficijs ornare: à contrario ita resistemus: sed neque improbus cunctos amicos incommodis afficit.

3 A simili. Vt si conclusum fuerit argumento ab aduersario; qui malum acceperunt, semper odisse illos, vnde incommodum in ipsos profectum est, dicemus: atqui ne hi quidem, qui beneficium acceperunt, semper diligunt eos, à quibus ornati sunt.

4 A iudicatis. Cum afferre possumus, sapientes & claros viros non ita sensisse. Vt si quis argumento confirmarit, temulentis, si quid deliquerint, ignosci oportere: imprudentes enim peccant: resistemus hoc pacto: Nullo modo verum hoc credidit Pittacus ille legum lator in primis nobilis. non enim maiores pœnas proposuisset, si quis ebrius mali quicquam fecisset.

DE ARGVMENTORVM

* Quę ἐνστάσει, i. obiectione dissoluuntur enthymemata, ea omnia ducũtur vel à

- 1 Verisimili cõclusa ex ijs, q̃ aut
  - Sint.
  - Esse videãtur.

  Dissolutio tamen ipsa sæpe speciem tãtum veri habebit, nõ semp vera erit. Nõ.n. qui argumẽto resistit, ita se parat, vt doceat id, quod affertur ab aduersario verisimile nõ esse (qđ facere ipsum oportebat:) satisq́ue est ipsi ostẽdere, illud necessarium nullo modo esse. Quocirca melior conditio est defensoris, quàm accusatoris. quòd ille ꝑpter fallacẽ hanc cõcludendi rationem argumentis magis, quã hic, abũdet. qa, qui accusat, vtitur verisimilib. ad probãdum. Nõ par aũt negociũ est in dissoluendo docere aliquid aut
  - Non verisimile,
  - Non necessariũ.

  Sed multo molestius est comprobare quidpiã non esse verisimile. Quod autẽ plerunq; fit (id est verisimile) interponi semp aliquid ei ac obijci potest. qđ si aliter se habere non posset, sẽpiternum necessariumque non verisimile fuisset. Iudex autem existimat, cũ ita refutatum sit, aut
  - Nõ esse verisimile.
  - Nihil ad iudiciũ suũ pertinere.

  Sed fallaci cõclusione decipitur, vt diximus. Neq; enim oportet ipsum tãtum ex necessariis iudicare, sed etiam ex verisimilib⁹: & hoc est; qđ dicitur, γνώμῃ τῇ ἀρίστῃ κρίνειν (vide pag. 41.) idest, Mẽte optima iudicare. quod nihil aliud ẽ, quàm cũ aliqd certo nõ tenetur, sed tamen multis multisq; cõiecturis adiuuatur, de eo sententiã ferre. Nõ igitur satis est, si defẽsor docuerit nõ esse necessarium, sed oportet vt ostendat etiam nõ esse verisimile. Hoc aũt fiet, si in obiectione docuerit rem plerunque aliter fieri solere. Potest autẽ duobus modis afferri obiectio aut
  - A tempore, cũ crebro fit.
  - A rebus cũ plurimæ ita fiunt.

  Quòd si vtrũque cõiungatur; tunc erit firmissima. Nã si plerunq; res ita fit, hoc erit magis verisimile.

- 2 Signo vel
  - Vniuersali
  - Singulari

  siue
  - Vero.
  - Nõ vero.

  De quo primo libro disputatum est, quo modo infirmari possit. Et libro secundo priorum Analyticorum ostendit nullum signum vim habere concludendi.

3 Exẽplo, quę cõprobãtur inductione similis

Vnius,

Vnum tantum proferre poterimus aliter factum, soluta est argumentatio, quoniam non est necessaria: quamuis & plura fuerint, & sæpius eodem modo.

Pauciora ac raro facta esse ostenderit aduersarius, nos plura ac crebrius aliter fieri consuesse ostendemus.

Pluriũ,

Cum sumpto vniuersali aliquo partem illius ope alius partis siue plurium concluserit. Eorum vero, quæ ab Exemplis eliciuntur, eadem ac Verisimilium dissolutionis est ratio; Nam si

Plura fuerint & sæpius ab aduersario demonstrata facta esse; contendendum est, id de quo agitur vel

- Non esse simile.
- Non similiter factum.
- Aliquo modo differre ab alijs.

4 Propria rei nota, siue signo necessario (τεκμήριον Græci appellant: de quo vide pag. 4) quæ concluduntur ex materia necessaria. Inditia vero, & propriæ notæ argumenta nequaquam in eo reprehendi possunt, quòd non recte concludant. quod ex ijs, quæ dicta sunt in Analyticis, perspicuum est. Restat igitur, vt demonstremus id non esse verum, quod dicitur. Quod si certum est esse verum, & esse propriam rei notam: nullo modo labefactari potest. iam enim omnia demonstratione clara sunt.

DE AMPLIFICATIONE ET IMMINVTIONE.

Amplificatio & Imminutio

- Non sunt Enthymematis elementa vel loci. Elementum vero est, siue locum appelles, in quod multa incurrunt Enthymemata.
- Sunt Enthymemata, quæ valẽt ad ostendendũ aliquid esse
  - Magnũ.
  - Pusillum.
  - Sunt enĩ enũciationes quædã & loci proprij tum
    - Augẽdi.
    - Contẽrendi.
    - Vt enim loci quidam proprij inueniũtur, q sunt veluti seges & syllogismorũ & enthymematũ, qui
      - Bonum malũ'-ue
      - Aequũ aut iniquum
      - Honestum aut turpe
      - quidpiam confirmãt: ita hi extãt, quorum auxilio docere posśim' aliquid esse
        - Amplũ.
        - Minutum.

LIBRI SECVNDI FINIS.

PARTITIONVM RHETORICARVM ARISTOTELIS



LIBER TERTIVS.

- In arte dicendi tria requirũtur,
  - 1 Probatio, τὸ πιθανόν. vnde res ipsæ acquirere posſint probabilitatem. (Hanc duob. proximis ſuperioribus libris docuit.)
  - 2 Elocutio, ἡ λέξις. quẽadmodum res ipſæ tractari debeant. Quæ quidem & (De hac hoc ipſo tertio libro aget)
    - Sero prodijt.
    - Leuis res eſſe videtur.
    - Eſt neceſſaria propter prauitatem audientium.
    - Habet quiddam neceſſarium in omni diſciplina ad rem explanandam.
    - Ad auditorem ipſum refertur.
    - Eſt particeps artis, & ſtudio ac diligẽtia ab hominib. cõparatur.
    - Præmijs afficitur, ut Actio.
    - Efficit, vt orationes ſcriptæ ornatu ipſo verborum magis, quàm ſententijs vigeant.
    - A Poetis initium habuit.
  - 3 Actio, ἡ ὑπόκρισις, quo modo res ipſæ voce & geſtu corporis adiuuari queant. Quæ quidem &
    - Ante Ariſtotelis ætatem à nullo adhuc accurato ſcriptore tentata atque explicata fuit, præterquàm à Thraſymacho in miſerationibus.
    - Magni ponderis eſt, magnamq; ad perſuadendum uim habet.
    - In Oratoris ſtudio, vt poetæ, inuenitur.
    - In ſtudio dicendi idem efficiet, quod ars hiſtrionum in fabulis agendis facit.
    - Sine arte modice tractari poteſt, & à natura ipſa proficiſcitur.
    - Præmijs afficitur.
    - Verſatur potiſſimum in voce,
      - Quam ad ſingulos affectus adhibere conuenit.
      - Quæ vincit omnes alias partes corporis imitãdo qđcunque nobis uiſum eſt.
      - In ea conſideratur
        - Magnitudo, vt ea vtamur tum
          - Parua.
          - Media.
          - Magna.
        - Tonus
          - Grauis.
          - Medius.
          - Acutus.
        - Rythmus, ideſt numerus.

DE ELOCVTIONE.

Oratio ornata.

Ornata locutio vt sit, hæc sunt in primis consideranda. Vt ea scilicet

1 Sit perspicua (quod est in oratione præcipuum: oratio enim, si non declarat, nõ fungitur officio suo:) Hanc reddent nomina & verba
- Propria.
- Selecta è vulgari & quotidiano sermone.

Sunt autem & alia nomina alijs studijs accõmodata. Vt
- Sophistæ, homonyma.
- Poetæ, synonyma.

2 Non sit humilis. Hanc reddẽt nomina, de quibus in libris de arte poetarum disputatũ est. Ea vero sunt
- Translata.
- Facta, siue, vt Cicero vocat, nouata.
- Iuncta.
- Peregrina. Discedere enim à cõmuni consuetudine sermonis, atq; ipsum variare ac cõmutare, efficit eũ grandiorem atq; honestiorem. Vt enim animo affecti sunt ad uersus externos homines & ciues, eodẽ pacto erga orationem. Quare operam dare debemus, vt eam peregrinam reddamus. Vulgo enim homines absentium rerum admiratores sunt, & eas valde suspiciunt. Qđ autẽ admirationẽ habet, suaue etiã est. In scriptis igitur poetarum magis locum habent, quàm oratorũ. Nam
  - Poetę
    - Versãtur circa eas res & personas,
    - Agunt apud eos homines,
    - Quæ res, & q hoĩes magnam dignitatẽ habẽt, & a quotidianis reb⁹ atq; hominibus valde discesserũt.
  - Oratores nõ decet omnis ornatus, vt poetas. Nam indecorum esset in oratione soluta si politiori sermone vtatur aut
    - Seru⁹ homo.
    - Puer.
    - Aliqs de pusillis reb. ac minutis agens.

  His raro vtẽdum est. In maius enim, quã decet, orationẽ immutant.

3 Non sit nimis elata, vt poetica.

4 Sit decora.

5 Modo
- Contrahatur.
- Dilatetur.

DE ELOCVTIONE.

Oratio ornata.

- 6 Occultet artificium ita, vt illud non intelligatur ab ijs, apud quos dicimus: sed vt natura duce hoc facere videamur. Hoc enim valet ad fidem, illud vero secus. quia tãquam ab insidiatore cauent, quemadmodum à vinis permistis. Hoc autem fiet, si quis è vulgari & quotidiano sermone verba seligens, componat orationem. Ita enim &
  - Peregrinitatem adhibebit.
  - Occulte faciet.
  - Perspicue dicet.
  - In quo admirabilis fuit Euripides, qui hoc primus ostendit.
- 7 Discrepet quidem à communi sermone ornatus gratia, verum adhibito tamen modo.
- 8 Vtatur verbis
  - Proprijs.
  - Ad naturam accommodatis.
  - Translatis, in quib. tanto maiorem industriam ponere debemus, quantò pauciora ornamenta, quib. adiuuari possit, soluta oratio habet, quàm metra. Translatio enim efficit orationem
    - Lucidam.
    - Suauem.
    - Peregrinã.
    - Quam ab alio accipere non possumus, nisi eam ingenij nostri acumine parauerimus.
- 9 Reb. ipsis congruat, in qua sint apta &
  - Adposita nomina, idest Epitheta. Ea sumi possunt à re
    - Mala & turpi. Vt Orestes matricida.
    - Meliore honestioreq;: Vt Orestes patris vindex. Et Simonides melicus poeta in Anaxilæ Messenij mulas carmẽ ita exorsus est: Saluete volucrum filiæ equarum: cũ asinorum quoque filiæ essent.
    - Hoc vero obtinebimus, si ex proportione ipsa duxerimus, obseruauerimusq;, vt ipsa sibi mutuo respondeant. Nam si hoc seruatum nõ sit, vt similem illa inter se rationẽ habeant, quicquid in ipsis indecori est, apparebit. Contraria enim iuxta collocata maxime elucescunt.
  - Translationes, de quib. vide infra pag. 126. vbi est hoc signum ☙
- 10 Eandem rem diminuere sciat. Diminutio aut minus efficit &
  - Bonum. Vt, si dicas pro auro aurulum: & pro toga togulam.
  - Malum. Vt, si pro cõuicio dicas cõuiciolũ: & pro morbo morbulũ.

DE ELOCVTIONE.

Oratio frigida.

11 Ne frigida sit elocutio. Frigus autem in elocutione quatuor modis fieri contingit. In

1 Duplicib. nominibus (Cicero iuncta appellat) Vt Lycophron: Multiforme cœlum, Magniceruicæ terræ, Littus angustiuium. Et Gorgias dixit, Πτωχόμουσος κόλαξ, idest, mendica musa adulator. Επιορκίσαντας, καὶ κατευορκίσαντας. Et vt Alcidamas, Furore quidem animum repletum, igniuomos vero oculos factos. Et, τελεσφόρον putauit alacritatem eorum futuram. Et, τελεσφόρον suadelam verborum constituit. Et, Cœrulicolor maris solum. Duplicib. autem vti possumus, quoties res vacat nomine. Vt, χρονοτριβεῖν. Quod si multum fit, prorsus poeticum est.

2 Linguarum vsu (externa ea sunt & peregrina nomina: Cicero inusitata videtur appellare) vt Lycophron, Xerxem virum πέλωρον. Et, Sciron σίννις vir. Et Alcidamas, ἄθυρμα poesi; Et, Naturæ ἀτασθαλίαν; Et, Mera animi ira τεθηγμένον.

3 Epithetis, si ea sint aut

- Longa. / Intempestiua. — Quæ indecora sunt.
- Crebra. Quæ arguunt ac planum faciunt poesim esse. In poemate enim, lac albũ licet dicere. Quoniam autẽ huiusmodi oratione vti oportet, quia consuetudinem immutat, & peregrinam efficit elocutionẽ; saltem modũ intueri conuenit. quia plus mali affert, quàm si temere dicas: illa enim non habet, quod rectum est: hæc vero, quod vitiosum est, habet. Quocirca frigida Alcidamantis scripta videtur, quia epitheta nõ condimenti loco adhibet, sed tanquam cibi; vsque adeo crebra, & aperta, & maiora: Vt, Non sudorem, sed humidum sudorem: Neque ad Isthmia, sed ad Isthmium mercatũ: Nec leges, sed reginas ciuitatum leges: Neq; cursu, sed cursorio animi impetu: Nec Museum, sed cum naturæ Museum accepisset: Et tristem animi curã: Neq; gratiæ, sed popularis gratię opifex, & dispẽsator audientium voluptatis: Neq; ramis, sed syluę ramis occultauit: Neque corpus velauit, sed corporis pudorem: Et ἀντίμιμον animi cupiditatẽ: Hoc autem simul est & duplex, & epithetum. quare poema euadit. Et ita ἔξεδρον improbitatis exuperantiam. Itaq; poeticè loquentes labuntur in
  - Indecorum.
  - Risum.
  - Frigus.
  - Obscuritatẽ ꝓpter loquacitatem, qa qcquid cognoscẽti inculcas, tenebris offundendis perspicuitatẽ euertit.

Poetis vero congruunt:

- Dithyrambicis duplex dictio, vt pote qui pleni strepitus sint.
- Epicis linguæ. quòd res grãdis atq; superba sit.
- Iambicis translatio. quòd has hoc tempore frequentent.

DE ELOCVTIONE.

Oratio frigida.

Indecoræ illæ, quæ aut
- Ridiculæ sunt, quas etiam Comici vsurpant.
- Grandes nimis ac tragicæ.

4 Translatis. Trãslationes enim sunt

Obscuræ, si longe ducantur. Vt Gorgias: Pallidas atque exangues res. Tu vero hæc turpiter seminasti, male vero metisti. Nimis enim poetice. Et vt Alcidamas: Philosophiam propugnaculum legum. Et, Odysseam humanæ vitæ speculum. Et, Nullum eiusmodi ἄθυρμα poesi afferens. Quia hæc omnia parum ad fidem apposita sunt ob ea, quæ diximus. Illud vero Gorgiæ in hirundinem, quæ reliquias cibi aduersus eum volans demiserat, quisnam melius è Tragicis Poetis pronunciasset? Turpe tibi hoc sane Philomela. Neque enim aui, quamuis commiserit, turpitudinem vllam ea res affert: sed virgini turpe id factum est, quo nomine illam vocauit. Scite igitur exprobrauit Gorgias hirundini flagitium quod fecisset, tanquam cum virgine, quæ ante fuerat, non cum aue, quæ nunc est, sermonem habens.

DE ELOCVTIONE.

Translatio.

1 A genere ad speciem: Vt, Νῆυς δέ μοι ἥδ᾽ ἕστηκε. Τὸ γὰρ ὁρμεῖν ἐστὶν ἱστάναι τι. hoc est, Stetit hæc mihi nauis. Etenim in portu esse, stare aliquid est.

2 A specie ad genus: Vt, μυρί᾽ Ὀδυσσεὺς ἐσθλὰ ἔοργεν, id est, Ipse decem peperit iam millia commoda Vlysses. Decem millia enim multa sunt. quo sane vocabulo pro multo vtuntur.

3 A specie ad speciem. Vt, χαλκῷ ἀπὸ ψυχὴν ἀρύσας τάμνεν ἀτειρέι χαλκῷ. id est, Abstulit ære animam, immiti ære abscidit. Hoc enim loco, auferre, pro abscindere; & abscindere, pro auferre vsurpauit. quòd vtrunque subtrahere aliquod sit.

Ex libro poet.

Translatio est nominis alieni illatio

4 Secundum aliquod, quod proportione respondeat. Quando aliquod secundum ad primum simili rõne se habet, qua quartum ad tertiũ. sumit enim vel loco secundi quartum, vel quarti secundum: interdumq; addunt pro quo dicitur. Exempli causa: simili ratione se habet

Phiala ad Bacchum, qua scutum ad Martẽ. Dicet igitur & Phialam scutum Bacchi, & scutum Phialam Martis.

Ad diem vespera, qua ad vitã senium. Itaq; dicet vesperam diei senium, & senium vesperam vitę, vel, sicut Empedocles, occasum vitæ.

Licet autem quibusdam nomen proportione respondens inditum non sit, nihilo tamen secius simili ratione dicetur: quẽadmodum frugem quidem proijcere, serere dicimus; proijci vero à sole flammam, nominis est expers: cum tamen ita ad solis flammam hoc se habeat, quemadmodum serere ad frugem. ideoque sol dictus, sator diuinitus ignis. Licet autem huiuscemodi translationis modo vti, & alio quoque, cum videlicet nominauerimus alienum quidpiam, aliquid eius proprium ab eodem remouentes: Vt, si quis appellare volens phialam, dixerit scutum, non Martis, sed vini.

DE ELOCVTIONE.

Translatio.

In Translatione animaduertendum est,

1 Vt sumatur, si velis rem
- Ornare, à meliori omnium, quæ in eodem genere inueniuntur: Vt si quis dicat, Mendicantem precari.
- Deturpare & infamare, à deteriori: Vt si quis dicat, Precantem mendicare.

Vtrunque enim petitio est.

2 Ne in syllabis error insit ille, vt non suauis indicia vocis sint. Quo pacto Dionysius ὀχλχοῦς in elegis clangorem Calliopes vocat poesin. quia ambæ sunt voces. Mala vero translatio existit è vocibus significationis expertibus.

3 Ne longe ducatur, sed ex rebus, quæ propinquæ & affines inter se sint ita, vt quæ nomine catent, illo donentur. Vt in ænigmate illo celebri: Virum vidi igne æs viro agglutinantem: De cucurbitulis intelligens, quæ ex ære etiam (vt Paulus testatur) non modo ex vitro fiebant. Affectus autem ipse vacat nomine.

4 Vt ducatur elegans ex probe fictis ænigmatibus. Translationes enim ænigma gignunt. ex quo probè translatum esse apparet.

5 Vt ducatur à reb. honestis. Nominis autem (vt Lycimnius sophista aiebat) tum honestas, tum turpitudo est aut in
- Sono.
- Notione.

Est enim aliud alio magis
- Proprium.
- Simile,
- Ad rem ante oculos constituendam magis accommodatum.
- Honestum.
- Turpe.

6 Vt ex proportione ducta semper partem etiam in alteram referri possit.

7 Vt ex ijs, quæ eiusdem generis sunt, ducta commutari possit, retrorsumq; conuerti: Vt, si quis vocet poculum, clypeum Liberi patris: & clypeum, poculum Martis vocare poterit.

DE ELOCVTIONE.

Imago.

Inter Trâslata referri potest etiã Imago. parum enim à Translatione distat. Et

- Quæcunq; voces, vt Trãslationes, probatæ fuerint, ex illis nullo labore Imagines fieri poterunt.
- Imagines translationes erunt ratione egentes longiore, qua explicentur.

Cũ enim poeta aliquis dixerit de Achille, loquẽs

- Vt Leo irruebat, impetumque in hostes faciebat: Imago est.
- Leo irruebat. Translatio est.

Quia ambo fortes sunt, translato à generosa bestia nomine, Leonem Homerus Achillem appellauit. Vtilis est autem in soluta qnoque oratione Imago, sed raro tamen. est enim poetica.

Imagines eodem pacto sunt afferendæ & tractandæ, quo Translationes. Et sane, Imagines nihil aliud sunt, quàm Translationes, distantes ab illis tantum eo, quod ostendi. Sunt autem Imagines, Vt

- Androtion in Idricum: Similem esse illum canibus, qui cum uincti cathenis interdiu domi teneantur, vt acriores sint, soluti postea in omnes incurrunt: eodem pacto & Idricum ex vinculis relaxatum, esse omnibus molestum.
- Theodamas Archidamum comparabat Euxeno geometriæ ignaro; & ex proportione: erit enim & Euxenus Archidamus geometricus.
- Illud in politia Platonis: Eos, qui in prælijs corpora mortuorum spoliant, rem similem facere catulis, qui lapides in eos coniectos mordent, eos ipsos, qui iaciunt, dentibus non appetentes.
- Eiusdem in populum: Similem esse nauclero robusto quidem, sed surdastro.
- Eiusdem in versus poetarum: Similes esse hominib. in ætatis quidem flore constitutis, at sine pulchritudine. quia hi vbi defloruerint, illi vbi dissoluti sint, similes non videntur.
- Illud Periclis in Samios: Similes eos esse infantibus, qui mansum accipiunt, sed cum ploratu.
- Eiusdem in Bœotos: Similes esse ilicibus. ilices enim à semet contundi: item Bœotos inter se depugnare.
- Demosthenis in populum: Similem esse ijs, qui in nauibus nausearent.
- Democratis in oratores: Similes esse nutricibus, mansum deglutientibus, saliua vero infantes inungentibus.
- Antisthenis in gracilem Cephisodotum: Similem esse thuri: quia dum consumitur, iucunditate perfundit.

DE ELOCVTIONE.

Oratio pura, & emendata.

Elocutionis principium & quasi fundamentũ est emẽdate loqui. Pura aũt emẽdataq; locutio est

1 In copulis coniunctionibusq; suo loco ponẽdis, si quis eas reddiderit, prout naturaliter inter se antecedunt, ac subsequuntur, quẽadmodũ nonnullæ requirunt. Veluti

Quidem — requirunt — Vero.

Ego qdem — requirunt — Ille uero.

Debemus autem, quoad meminit ille, qui audit, inter se referre; ne multo post, ac pluribus deniq; interiectis, cõiunctio, quę superiori cõiunctioni respõdeat, reddatur. Non distrahere igitur oportet ac nimis separare cõiunctiones: neque coniunctionem vllam ante necessariam coniunctionem reddere. quia paucis in locis cõgruit. Vt, Ego vero, postquàm mihi renunciauit, venit enim Cleon rogãs atq; obsecrãs, profectus sum illis assumptis. In his enim cõiunctiones multæ ante reddendã coniunctionẽ sunt inculcatę. Quòd si multa essent ĩter, profectus sũ, obscuritas oriretur.

2 Suis ac proprijs nominibus, & non ambientibus eloqui.

3 Vitare ambiguum sermonem. nisi consulto contraria eligat. quod faciunt, quoties nihil habent, quod dicant, verum aliquid dicere simulant. tales enim ea de industria dicunt, vt Empedocles. Decipit enim ambitus ille ac circuitus verborũ, si sit multus. atque afficiuntur auditores æque ac vulgus inter ariolos. quia cum ambigua dicunt, assentitur tamen ille stulte quidem & insipienter. Cræsus Halyn penetrans, magnam peruertet opum uim. Et quia omnino minor errori locus est, per rei genera loquuntur arioli. In ludo enim paris & imparis facilius aliquis paria aut imparia dixerit, quàm quot teneat: & futurum, quàm quando. quocirca arioli non definiunt, quando. Hæc igitur omnia sunt similia. quare, nisi alicuius eiusmodi rei gratia, fugienda.

4 In distinguendis nominũ generibus, quæ Protagoras primus distinxit, aliaque esse dixit

- Virilia.
- Muliebria.
- Vasa instrumentaq;: hoc est neutra. quòd plerunq; huius generis vasa vtensiliaq; sint. Hæc Aristoteles libro poet. μεταξὺ vocauit. quòd medium inter virilia muliebriaq; nomina locũ teneant.

Hęc enim oportet recte reddere. Vt, Illa vero reuersa & collocuta discessit.

DE ELOCVTIONE.

Oratio pura & emendata.

5 In recte nominandis
- Vno. Singul. numeri.
- Paucis. dualis num.
- Multis. plur. numeri.

Vt, Illi vero reuerſi me verberarunt.

6 Videre, vt, quod ſcribitur, poſsit facile &
- Legi.
- Proferri.

Id quod nõ hẽnt neque
- Multæ coniunctiones.
- Ea, quę ad interpungẽdũ difficilia ſunt, vt ſcripta Heracliti, quæ interpungere operoſum eſt, quòd obſcurum ſit, vtri adiaceat, poſteriori'ne, an priori. veluti ĩ principio ipſius libri. inq̃t enim: Rationis enim huius exiſtentis ſemper imperiti homines fiũt. obſcurum eſt enim illud, ſemper, vtri interpungendo adiungas.

7 Ne in ſolœciſmum incidat oratio, reddere ambobus, quod conuenit. Exempli cauſa: Aut ſtrepitum, aut colorem, videns quidem non eſt commune, ſentiens vero commune. Obſcuritas porro gignitur, ſi multa in medio inculcaturus, non præponendo dixeris, hoc modo: Debebam enim locutus cum illo hæc & hæc, & hoc modo proficiſci. ~~Non autem: Debebam enim locutus cum~~ illo proficiſci. deinde: hæc & hæc, & hoc modo facta ſunt.

DE ELOCVTIONE.

Oratio grandis & tumida.

1 Orationem pro nomine adhibere: hoc est, definitione vti alicuius rei, non nomine, quo significatur. Definitio enim vim nominis pluribus explicat, quæ cuncta nomen in se inuolu a continet. Exempli causa: Si circulum appellaturus es, non circulum, sed formam planam à media sui parte, centroq; ad circumferentiam æqualem dicito. Qui vero breuitati studet, concisèq;, ac demisse loqui vult, contra: relicta explicatione nominis, nomen, quo res appellatur, vsurpabit.

2 Si turpe aut indecorum aliquid attingere necesse fuerit: diligenter antea animaduertas oportet, in nomine'ne an in definitione turpitudo illa sit. quòd si in definitione sit, nomen proferre: si in nomine, definitionem oportet.

3 Vti { Translationib. / Epithetis. } Animaduertendum est tamen, ne, dum hæc ornamenta nimis auide sectaris, in poeticam phrasin incidas.

4 Vnum multa facere: hoc est pro singulari pluralem numerum adhibere: Quod poetæ factitant, qui, cum vnus sit portus, tamen dicunt, Portus in Achaicos: Et, Epistolæ hæ luctuosæ complicationes.

Ad grandem orationem tumidamq; faciendã hæc valent.

5 Non copulare vincireq; vno articulo duos casus, sed vtrique suum articulum assignare. Vt, Τῆς γυναικὸς τῆς ἡμετέρας. Quòd si concise loqui uis, contrario studere debes: id est, vno articulo duo nomina coniungere, Τῆς ἡμετέρας γυναικός.

6 Adiunctis copulis dicere. Vt, Πορευθεὶς καὶ διαλεχθείς. idest, profectus & locutus. Concise vero, sine coniunctione quidem, non tamen dissoluta omnino loqui. Vt, Πορευθεὶς διελέχθην. idest, profectus locutus sum.

7 Illud Antimachi: qui cum rem tenuem pusillamque ornare vellet, & copiosius de ea disputare; rebus, quas illa non habet, prædicandis, longiorem de ea sermonem habebat. Vt cum Teumessum, Bœotij agri collem, exornare carmine suo vellet, ita exorsus est, Ἐστι τὶς ἠνεμόεις ὀλίγος λόφος. Latus enim hic est campus augendi aliquid. Et tum ornandæ alicui rei, tum conterendæ ratio hæc vtilis esse potest. ostendendo enim commoda & incommoda, quibus caret, commendatur aut infamatur res: quorum alterutrum, vt causa postulat, resq; ipsa fert, faciendum est. Vnde etiam poetæ nomina quædam sumpserunt, atque in vocibus quibusdam fingendis rationem hanc secuti sunt. dixerunt enim τὸ ἄχορδον, καὶ τὸ ἄλυρον μέλος. ex priuationibus enim inferunt. Probatur enim hoc, si in translationibus ex proportione dicatur. Vt, si dicamus tubæ sonum esse ἄλυρον μέλος.

DE ELOCVTIONE.

Oratio decora.

Decorum elocutio retinebit, si erit

1 Morata. ea est

- Quæ à signis demonstratio ducitur. quia ei comes est ea, quæ cuique conuenit
  - Generi. dico autem genus secundum
    - Aetatem. Vt
      - Puer.
      - Vir.
      - Senex.
    - Sexum. Vt
      - Vir.
      - Mulier.
    - Nationem. Vt
      - Laco.
      - Thessalus.
  - Habitui. dico autẽ habitus, ex quib. vita cuiusdámodi aliquis est. neq; enim ex omni habitu cuiusdámodi vitę sunt. Qui igitur nominib. aptis accõmodatisq; habitui vsus fuerit, mores orationi affinget. Neq; enĩ eadem vnquã diceret, neq; eo dẽ pacto, q̃ dicit, proferret
    - Rudis atq; agrestis homo.
    - Bonis artibus excultus, liberaliterque educatus.
- Cum mouentur ij, qui audiunt, ac nonnihil afficiuntur ratione illa, qua qui domi orationes scribunt, sine modo vtuntur, vt satietatem afferant. qui cum ocij satis ad scribendum habeant, hæc artificia studiose captant. dicunt enim, Quis non intelligit? Omnes sciunt. Cum enim asserit orator omnibus hominibus id cognitum esse, ac neminem prorsus ignorare, veretur auditor, ne, quod cuncti mortales norunt, solus ignoret, & ipse incognitæ rei stulte assentitur. Oportunus autem & non oportunus huius vsus omnibus formis communis est. remedium vero erit vox illa, quæ circumfertur & in ore omnium est, προεπιπλήσσειν τῇ ὑπερβολῇ. decet enim ipsum illum, qui dicit, se ipsum voce corripere. cum enim hoc fit: quod ab oratore dicitur, quando ipse sibi ipsi correctionem adhibet, verum rectumque esse videtur: quoniam oratorem ipsum, quod tentat, non fallit.

Oratio decora.

2 Affecta. nam
- Si contumelia sit, irati dictio sit.
- Si ipsa turpiaque facta tractãda sint, indignabunde & caute dicat.
- Si laude digna, dicat admirabunde.
- Si miserabilia, dicat humiliter.

Fidẽ vero rei parit etiã ad naturã accõmodata elocutio. Aĩus enim eorũ, qui audiunt, in errorẽ rapitur, q putat dicẽtem, vere, vt res se habet, loqui. Nam in reb. huiusmodi sic afficiũtur. quare existimant, etiã si non ita se habeat, vt inqt orator, res ita se habere. & semper simul afficitur ille q audit, cũ eo, qui affecte dicit, ẽt si nihil dicat, nihilque afferat firmũ ac validũ adprobandũ. Itaq; plerique tumultum excitantes, attonitos reddunt auditores. Affecte dicẽti maxime conueniunt
- Nomina ad posita.
- Iuncta plura. Ignoscitur. n. irato, si ita dicat χακὸν ὀυ ῥανόμηκες aut πελώριον. Præterea cõmode etiam his apteq; vti poterit, cum in sua manu iam auditores habuerit & animos ipsorũ ita affecerit, vt quasi furore illo, qui diuinus esse traditur, agantur aut
  - Laude.
  - Vituperatione.
  - Ira.
  - Beneuolentia.

  Quẽadmodũ Isocrates ĩ Panegyrico facit in extremo: φήμην δὲ καὶ μνήμην. Et, οἵτινες ἔτλησαν. quia talia furore inflammati dicunt. quare eodem etiam nimirum modo affecti recipiunt. Itaque ad poesim accõmodata sunt: quia poesis diuini numinis plena est. Hæc quę magis propria poetarũ sunt, aut
  - Vsurpari in oratione possunt, tẽporib. modisq;, quibus ostendimus.
  - Cum dissimulatione ea, quã ἐρωνέαν vocant, orator vtitur: vt Gorgias faciebat, & Socrates in Phædro.
- Peregrina.

3 Subiectis reb. proportione respondens. qđ tunc fiet, si neque
- De reb.
  - Amplis summisse
  - Tenuibus grauiter

  dicatur.
- Humili ac sordido nomini ornatus adiũctus sit. nam comœdia videretur. quemadmodum facit Cleophon. similiter enim quædam protulit, ac si diceret, Venerandas ficus.

Præterea vero non omnia ex proportione rñdentia simul adhibere debemus. sic enim decipitur auditor. Dico autẽ exẽpli gratia: Si nomina dura & aspera fuerint, non dura etiã voce & vultu vti oportet, reliquisq; oĩbus, quę cõgruũt duris illis nominibus. Quod si nõ fit, vt quidpiam scilicet ab alijs discrepet, latere non potest artificiũ oratoris. Si vero eorũ aliquod seruatum fuerit, aliquod aũt tanquam negligẽtia prætermissum, qđ tamen callide relictum sit, nõ ĩtelligitur consiliũ oratoris. Quòd si mollia duriter, & dura molliter dicantur, fide careat oratio necesse est.

DE ELOCVTIONE.

Oratio numerosa.

Elocutionis forma debet esse neque

1 Metri compos. quia
- Persuadere nullo modo potest. Summo enim artificio conformata intelligitur.
- A reb. de quibus agitur, auditores abducit. Quasi enim arrectis auribus stare facit, & expectare quando par illi similesque ad aures ipsius accedet. Vt pueri præcones præoccupant, quem patronum adoptet is, qui manumittitur, & Cleonis nomen ante præconem ipsum clamant.
- Erit poema.

2 Rhythmi, idest, numeri expers. quia expers est termini. Terminari autem oportet orationem, non tamē exquisita quadam certaq; dimensione, cuiusmodi metrum est. qa infinitum suauitate caret, & cognosci non potest. omnia vero numero terminantur. Rhythmus autem figuræ elocutionis numerus est. cuius & metra segmenta sunt. Itaque rhythmum habeat oratio, sed non exquisite, & quasi adamussim. Id autem eueniet, si quadamtenus sit. Rhythmorum

- Herous est
  - Grandis.
  - Canorus.
  - Harmoniam requirens.
- Iambus vulgi & imperitorum sermo est. Qui enim dicunt, facilius versus iābicos, quàm vllum aliud genus carminis fundunt. verum granditatem effici, & excitationem oportet.
- Trochæus Cordaci vicinior est: hoc est incitatior ac mollior, vt Cordax, appellata saltatio, erat. declarant hoc tetrametra, quæ frequentē ipsum recipiunt. siquidem tetrametra sunt volubilis rhythmus.
- Pæan. quem immittere in orationem cum cœpisset Thrasymachus, antiqui quidem cum frequentabant; nec tamen, quis hic numerus esset, dicere poterant. Est vero tertius Pæan, & ijs, quos diximus, pedib. coniunctus. In eo enim tria interualla ad duo conferuntur. Eorum autem ille quidem (Heroum inquam) vnum ad vnum. hic vero (Iambū Trochæumq; significat) duo ad vnum. cōiuncta vero his est rationibus sesquialtera: hic autem est Pæan. Alij igitur pedes repudiandi sunt, explicatis iam de causis, quodq; ex ipsis versus cōficiuntur: Pæan vero retinendus. omnium enim supra expositorum numerorū Pæan solus versum nō conficit, vt præter ceteros fallere possit eos, qui audiūt, nec notari deprehendiq; ab ipsis. Ac nūc quidem vno Pæane etiam incipiēdo vtuntur, verum finem à principio discrepare oportet. Pæanis autem duæ inter se oppositæ formæ sunt, quarum
  - Vna principio conuenit. quēadmodū etiā vtuntur. Atq; hic est, qui à longa incipit, & trib. breuib. terminatur: Δαλογενὲς εἴτε Λυκίαν. Et, χρυσεοκόμα ἕκατε παῖ Διός.
  - Alter vero Pæan ex altera parte superiori respōdēs est. cuius primæ sunt tres breues, extrema vero pducta: Μετὰ δὲ γᾶν ὕδατά τ' ὠκεανὸν ἠφάνισε νύξ. Hic autē finem cōficit. Breuis.n. qa inchoata impfectaq; ē, finē īminutū ac mancū facit. verū comprehēsio verborū longa syllaba terminari debet. finēq; ipsum perspicuū esse atq; apparere oportet, nō opera diligētiaque librarij, aut qa nota aliqua in margine apposita sit, verū ostēdente illū numero, vt, cū eò veneris, numerusq; ille pceptus auribus sit, intelligatur manifesto illic insistendū esse.

DE ELOCVTIONE.

Oratio.

Iuncta. | In se conuersa.

Elocutio debet esse aut

1 *Εἰρομένη.* Iuncta. quæ copulis iungatur, opeq; earum continens iugisq; fiat, nullis vero ambitibus vinciatur. quales sunt in dithyrambis *ἀναβολαί.* Hæc enim elocutio prisca est: *Ηροδότου Θουρίου ἥδ' ἱστορίας ἀπόδεξις.* quippe qua olim omnes, nunc vero parum multi vtantur. Intelligo autem iunctam orationem, quæ finem nullum ex se habet, nisi res, quæ exponitur, ad finem peruenerit, & tota narrata fuerit. Ea vero propter infinitatem iniucunda est. quia omnes finem aspicere cupiunt. quocirca in flexionibus anhelant cursores vt prope dissoluantur, prius autem non laborant, dum metam prospiciunt.

2 *Κατεστραμμένη.* In se conuersa, & antiquorum poetarum antistrophis similis. Ea Ambitibus constat. voco autem Ambitum (vide pagina sequenti) orationem, quæ principium habeat & finem ex sese, non aliunde importatum: præterea magnitudinem & tanquam corpus, quod facile totum simul conspici atq; animo percipi possit. Eiusmodi vero est tum

Suauis. quia

Interminato aduersatur.

Auditor semper se tenere aliquid arbitratur, eo quòd ipsi semper est aliquid terminati. Illud autem nihil prouidere, & ad nullius rei absolutam explicationem peruenire, quo vitio abundat iuncta ac contexta dictio, iniucundum est ac molestum.

Ad percipiendam facilis. quia facile teneri memoria potest. hoc vero quia numerum continet, quæ ambitib. constat, oratio; qui memoria custodiri commodissime potest. Atque hæc est causa, cur facilius versuum recordantur omnes, quàm solutæ orationis. habent enim versus poetarum numerum: quo numero tanquã mensurantur, vt nihil vltra excurrat atque effrenate feratur. ceterum ambitus etiam cum sententia terminetur oportet, neque, vt Iambica Sophoclis, abrumpatur: Calydon quidem hæc, terra Pelopei soli. Quia contrarium etiam suspicari, quàm si diuidatur, licet, vt in eo, quod diximus, Calydona esse Peloponnesi.

DE ELOCVTIONE.

Ambitus.

Ambitus aut

- Membris cōtinetur. quæ elocutio Θ
  - Perfecta est.
  - Distincta est.
  - Facile comprehendi spiritu potest, non quia dissecta fractaq; sit, vt commemoratus ambitus, sed quia membrorum distinctione multas requietes nacta sit, continuo ductu tota facile pronunciatur.
- Simplex est. quæ elocutio vno membro constat.

DE ELOCVTIONE.

Membra.

Θ

Membrũ eſt pars altera ambitus, (ſignificat autem hic Ariſtoteles ſe ex duob. membris comprehẽſionem fieri velle) orationis autem, quę ex mẽbris conſtat, alia eſt

1 Διῃρημένη. Diſtincta. Vt, Sæpenumero admiratus ſum eos, qui conciliabula coegerunt, & gymnicos ludos inſtituerunt.

2 Ἀντικειμένη. Oppoſita. In qua in vtroq; membro aut

- Contrarium cum contrario componitur. Vt, Vtriſque autem profuerunt, & qui remanſerunt, & qui ſecuti ſunt: illis enim plura, quàm quæ domi eſſent, acquiſiuerunt; his vero ſatis eorum, quæ domi eſſent, reliquerunt. Contraria hic ſunt
  - Remanere, ſequi.
  - Satis, plus.
- Idem contrarijs iũgitur. Quod pſtari poteſt, & cũ
  - Eidẽ cõtraria adiũguntur.
  - Eadem cũ cõtrario iunguntur.
  - Hęc ex Theophraſto. Vide Victoriũ. Habet autẽ ſuauitatẽ huiuſmodi dictio, quia
    - Cõtraria notiſsima & inter ſe comparata notiora exiſtunt.
    - Syllogiſmũ imitatur. Elenchus enĩ, qui & ipſe ſyllogiſmi ſpecies eſt, cõtrariorum collectio eſt.

3 In qua ſunt huiuſmodi orationis elegantiæ concinnitatiſque

- Παρίσωσις. Compar. Cum æqualia mẽbra fuerint: ideſt, cum verba verbis quaſi dimenſa & paria reſponderint.
- Παρομοίωσις. Similiter deſinens. Cum vtrũq; membrum ſimiles exitus habet. Hoc autẽ aut
  - In principio à nominib. Vt, Ἀγρὸν γὰρ ἔλαβεν ἀργὸν παρ' αὐτοῦ. Δωρητοί τ' ἐπέλοντο, παράρρητοί τ' ἐπέεσσιν.
  - In fine. ab extremis ſyllabis aut
    - Eiuſdẽ nominis caſus.
    - Ipſum nomẽ.
    - Vt, ᾠήθησαν αὐτὸν παιδίον τετοκέναι, ἀλλ' αὐτοῦ αἴτιον γεγονέναι. Et, Ἐν πλείσταις δὲ φροντίσι, καὶ ἐν ἐλαχίσταις ἐλπίσι.
- Πτῶσις ταυτοῦ. Caſus eiuſdẽ. Vt, Ἄξιος δὲ σταθῆναι χαλκοῦς, οὐκ ἄξιος ὢν χαλκοῦ.
- Ταυτὸ ὄνομα. Idem nomen. Vt, Σὺ δ' αὐτὸν καὶ ζῶντα ἔλεγες κακῶς, καὶ νῦν γράφεις κακῶς.
- Ἀπὸ συλλαβῆς. A ſyllaba. Vt, Τί ἂν ἔπαθες δεινόν, εἰ ἄνδρ' εἶδες ἀργόν;
- Fieri autẽ poteſt, vt idem ſimul omnia habeat &
  - Oppoſitum.
  - Cõpar.
  - Similiter deſinens.

4 In qua ſunt quædam ſimulatæ falſæq; oppoſitiones. cum duobus in membris quidpiam, quod oppoſitum videatur, nec tamen vere ſit, poſitum eſt. Quale eſt illud Epicharmi: Τόκα μὲν ἐν τήνοις ἐγὼν ἦν: τόκα δὲ παρὰ τήνοις ἐγώ.

DE ELOCVTIONE.

Ambitus & Membra.

Oportet autẽ & membra & ambitus neque esse

Mutilos. Nam quod breue exiguumq; est, insistere sæpe cogit auditorem: vel potius labi, & tanquam in salebra hærere. necesse est enim, cum is, qui audit, adhuc vltra tendit animo, & longius procedit, ad mensuramq; illam termini, quem animo concepit, in seque habet, festinat; retrorsum trahatur (quod fit cum orator subito, & ante expectatum cessat) necesse inquam est, tanquam offensionem gigni. quia incurrit ceu in molem, quæ obiecta est, diuersi ab eo, quem sibi proposuerat, termini. Quare comprehensiones, quæ breuia præter modum membra habent, ambitus non sunt. quo fit, vt auditorem præcipitem rapiant.

Longos. Auditorem enim deficere cogunt. velut ij, qui *vltra statutum* terminum progrediuntur, post se relinquunt, quos habent comites suæ deambulationis. Eodem vero pacto & prolixæ comprehensiones naturam suam amittunt, & orationes fiunt: resque omnino similis melicorum poetarum anabolæ. Quare idem hic vsuuenit, quod Democritus Chius in Melanippidem est iocatus, qui pro antistrophis anabolas fecerat. in quem hoc Hesiodium iactauit: *οἷ τ' αὐτῷ κακὰ τεύχει ἀνὴρ ἄλλῳ κακὰ τεύχων. ἡ δὲ μακρὰ ἀναβολὴ τῷ ποιήσαντι κακίστη.* Apte enim dici potest hoc etiam in eos, qui prolixa membra comprehensionum fingunt.

DE ELOCVTIONE.

Oratio vrbana.

Quæ eſt hominis tum

- Ingenioſi.
- Exercitati.

Vrbanitas eſt aut in

- 1 Argumento. Ex Argumentis autem ea
  - Non ꝓbantur
    - Quæ in promptu ſunt, & eminent, atq; omnibus perſpicua ſunt.
    - Quæ expoſita, adhuc ignorantur.
  - Probantur
    - Quæ cum proferũtur, intelligimus, etiã ſi ante non intelligebamus.
    - Quæ Paulo poſt, quàm prolata ſunt, mentis agitatione conſequimur.
- 2 Locutione. Quę conſiſtit in
  - 1 Forma collocationeque verborum. Ea erit apta, ſi oppoſite dicatur: Vt, Pacem alijs communem priuatis ſuis rebus bellum exiſtimantibus. Oppoſita enim ſunt
    - Bellum.
    - Pax.
  - 2 Verbis ſingulis, quę
    - 1 Nõ ſint externa: quia incognita.
    - 2 Nõ ſint propria. quia nimis cognita.
    - 3 Tranſlationem cõtineant: quę
      - 1 Non aliena ſit. quia ad videndum difficilis eſt.
      - 2 Non emineat. quia haud quaquã afficit.
      - 3 A rebus proprijs, minime tamen apertis ducta ſit. Vt in ſtudio philoſophiæ acuti ſollertisq; hominis eſt, ſimile in rebus valde inter ſe diſtãtibus cernere, quem admodum dixit Archytas idem arbitrum atque aram eſſe. quia vtroq; cõfugit, qui iniuriã paſſus eſt. Aut ſi quis dixerit anchorã atq; cremaſtram idem eſſe. Aut, Ciuitates adæquatas. In longe diſtantib. reb. eadẽ eſt æqualitas.
      - 4 Ex proportione ducta ſit. Hęc enĩ ex oĩbus illis quattuor in primis probatur. (Exempla vide pag. 142.)
      - 5 Actum quendam atque ἐνέργειαν prę ſe ferat. hoc eſt, rem ante oculos ponat ſic, ut agi videatur. Hoc faciunt quæcunq; nomina ſignificant, oſtenduntq; res, quæ agant aliquid, non quæ ceſſent. Quod multis in locis factitauit Homerus inanimatis aĩum tribuẽdo. (Exempla vide pag. 144.)

DE ELOCVTIONE.

Oratio vrbana.

6 Ex collatione rationis sumpta sit.

7 Contrarijs contraria opposita habeat. (Exempla vide pag. 144.)

8 Membra comprehensionum æqualia habeat.

9 Imaginem & similitudinem habeat,
- Quę est aut
  - Duplex: Vt, si dicamus
    - Scutum esse pateram Martis.
    - Arcum citharam carentē neruis.
  - Simplex: Vt, si quis, cum arcum intelligat, citharam dicat: aut, cum clypeum, pateram.
- Quæ ad hunc modum cōferri potest, Vt
  - Tibicinis cum simia.
  - Lusciosi cum stillante lucerna. qa vtrūque cōtrahitur.
- Cuius virtus præcipue elucet tunc, cum in ea inclusa est Translatio. licet enim dicere
  - Clypeum poculo Martis similem esse.
  - Parietinas panno domus similes esse.
  - Niceratum Philoctetam à Pratye morsum: quemadmodum Thrasymachus comparauit, cum Niceratum à Pratye in rhapsodia superatum, ceterum promisso capillo adhuc & sordidatum conspicatus esset.
- Quæ anceps res est: neque tuto tractari potest. hic enim est ornatus ille, quo fingendo poetæ, nisi eximie perficere cum potuerint, eijciuntur, nec mediocres tantū, sed valde etiam probati, & qui alias culpas facile euitarent. dico autem, quando ita reddunt
  - Non aliter ac apium esse solet, crura leuia, ab omniq; asperitate aliena gerit.
  - Vt Philammon de iugo cum Coryco decertans.

10 Prouerbium aliquod habeat. Prouerbia enim sunt translationes à specie ad speciem: Vt, si quis quidpiam, vt aliquod commodum inde capturus, domum comportarit, postea detrimento ex ea re affectus fuerit, Vt Carpathius, inquit, leporem. Ambo enim in eundem casum inciderunt.

11 Hyperbolen habeat. quanquam ea &
- Puerilis est.
- Ab Atticis oratorib. frequens vsurpatur.
- Senibus minime conuenit.
- Vehementem quendam animi motum indicat.
- Ira percitis conuenit.

DE ELOCVTIONE.

Oratio vrbana.

Apophthegmata. è quorum numero quæ in primis facete & vrbane dicta sunt, hinc gratiam illam, leporemq; ducunt, quòd aliud dicunt, ac verba ipsa sonát. Vt illud Stesichori: Fore, vt cicadæ apud se humi canant.

Aenigmata. quæ cum egregie obscurata sint, propter eandem rationem iucunditate afficiunt: quia & { Perceptio fit. / Translatio dicitur. }

4 Errorem quendam habeant, ex verbis dicentis ortum, cũ illa primo aliò spectare videãtur, & longe diuersam sententiam præseferãt. magis enim planum fit cuipiã, qui scientia alicuius rei auctus est, ipsum didicisse, cũ contra se habet, ac diuerso modo de aliqua re sentit, atque paulo ante sentiebat. & sane animus eius ipse secum dicere videtur: quanto modo in errore fui. vel potius: ego autem lapsus eram, nec bene sensum eius interpretari potueram. Hunc gignẽt

Res nouæ. quod Theodorus Bizantius affirmat. Fit enim cum inopinatum id ijs, qui audiunt, admirabileq; fuerit, & nullo modo (vt ait ille) consentiens opinioni, quam prius de re habebant. qualia in ridiculis, quæ leuiter immutata sunt.

Ab annominatione sales. qui errorem obijciunt etiam in versibus. Neque enim, quemadmodum suspicabatur auditor: Ingrediebatur habens sub pedib. perniones. Sed ille, calciamenta dicturum existimauit. Hoc autẽ simul ac dictũ est, patere oportet. Annominationes aũt hanc uim habẽt, vt, qui illas vsurpat, non, qđ nomen ipsum valet, dicat, sed quod leuiter variatum significet: Vt { Illud Theodori in Niconem citharœdum: simulat enim dicere, θράττει σε, id est perturbat te: At decipit, in errorem q; inducit auditorem. aliud enim dicit. id vero huiuscemodi est: Θράττη σε, idest, Thratta te mater genuit. Itaque discentem oblectat. quia nisi Thracem illum esse suspicetur, vrbanum illud esse non videbitur. / Illud: Vis illum πέρσαι. } Vtrunq; autem nomen conuenienter prolatum esse oportet.

Homonyma, in quib. requiritur { 1 Oppositio. propter quam facilius ea quæ dicuntur, percipiuntur. / 2 Exiguitas temporis, propter quam celerius ea, quæ dicuntur, percipiuntur. / 3 Persona, in quam quadrent. / 4 Elegans verborũ structura. / 5 Vt idem verbum semper bis dicatur. } Vt { Si quis dicat, Atheniensibus maris ἀρχὴν, non ἀρχὴν fuisse malorum. Nam multas ipsi magnasque vtilitates inde fecerunt. / Illud Isocratis de Lacedæmonijs, Τὴν ἀρχὴν τῇ πόλει, ἀρχὴν εἶναι τῶν κακῶν. / Illud, Non decet hospitem semper esse hospitem. / Illud Anaxandridæ: Pulchrum est mori ante, quàm quicquam morte dignum geras. Quam sententiam si mutatis verbis ita exprimas: Decet mori nihil in vita delinquentem: Nihil elegantiæ cõcinnitatisq; in verbis: neque ita conformatus sermo ullo pacto vrbanus haberi potest. / Illud; Anaschetus non ἀνάσχετος. }

DE ELOCVTIONE.

Oratio vrbana.

In locutione vrbana tria hæc potiſsimũ ſpectare debemus

1 Μεταφορὰν. Translationem, Vt

- Pericles, Iuuentutem, quæ in bello ceciderat, non aliter è ciuitate ſublatam eſſe, quàm ſi quis ver ex anno eximeret.
- Leptines de Lacedæmonijs: Non oportere pati, vt altero oculo Græcia orbaretur.
- Cephiſodotus, Charete de referendis rationibus belli Olynthiaci laborante, moleſte tulit cum diceret, Eum, cum in furno populum incluſum haberet, rationes referre conari.
- Iphicrares, cum Athenienſes fœdus cum Epidaurijs, maritimamque oram incolentibus percuſsiſſent, grauiter tulit, cum diceret, Eos belli viatica ſuſtuliſſe.
- Pitholaus Parhalum, ſacram nauim, populi clauam vocabat: Seſtum vero cellam frumentariam Piræei.
- Pericles Aeginam, lippitudinem Piræei, tolli oportere cenſebat.
- Mœrocles, cum quendam bonum virum nominaſſet, dixit, ſe illo nihilo nequiorem eſſe, ἐκεῖνον μὲν γὰρ ἐπὶ τρίτων τόκων πονηρεύεσθαι· αὐτὸν δὲ ἐπὶ δεκάτων.
- Anaxandrides de filiabus nubere cunctantibus: ὑπερήμεροί μοι τῶν γάμων αἱ παρθένοι.
- Polyeuctus in Speuſippum apoplecticum: Eum non poſſe conſiſtere, quamuis πεντεσυρίγγῳ morbo conſtrictum.
- Cephiſodotus triremes, picta piſtrina vocabat.
- Diogenes Cynicus, cauponas, Attica phiditia dixit.
- Aeſion de Athenienſibus in Siciliam innumerabiles copias mittentibus dixit: Ciuitatem in Siciliam effuderunt. Hic eſt & Translatio, & Actus.
- Item: Vſque adeo, vt Græcia inclamarit. Hic etiam Translatio & Actus.

DE ELOCVTIONE.

Oratio vrbana.

Cephiſodotus monebat Athenienſes, vt cauerent, ne multos verius concurſus, quàm conciones cogerent.

Iſocrates ad eos, qui ad mercatus concurrunt.

Lyſias in funebri oratione: Aequum eſſe, in ſepulchro, quo conderentur, qui in Salamine occubuerant, Græciam tonderi: quia vnà cum virtute ipſorum fortitudineq; animi libertas totius gentis ſepulta foret. Hic eſt & Tranſlatio, & Actus, & Oppoſitio.

Iphicrates dixit: Iter orationis meæ erit per medias res à Charete geſtas. Hic eſt & Tranſlatio & Actus.

Aduocare pericula, vt periculis ſubſidio ſint. Hic eſt & Tranſlatio, & Actus.

Commentarium rerum à ciuitate geſtarum.

Iſocrates de Perſarum inſtitutione: Quacunque ratione vt humilia ſaperent meditantes. Quia meditari eſt quiddam augere.

Qui dixit: Mentem Deus lumen accendit in animo. Ambo enim illuminant aliquid.

Iſocrates: Neque enim bella diſſoluimus, ſed differimus. Ambo enim futura, tum dilatio, tum pax huiuſmodi.

Item: Pactiones trophæum eſſe multo præclarius, quàm quæ in bellis eriguntur. quòd hæc pro paruis rebus & vno fortunæ ſucceſſu ponuntur, illæ vero pro toto bello concipiuntur. Ambo enim victoriæ inſignia ſunt.

Qui dixit: Nam & ciuitates magnas pœnas hominum vituperatione ſoluerunt. Quia pœna iuſta quædam noxa eſt.

Simonides: Difficile eſt virum bonum re vera naſci, & manibus & pedib. & mente quadratum, ſine vituperatione factum. Ambo enim perfecta.

DE ELOCVTIONE.

Oratio vrbana.

2 Ἀντίθεσιν. Oppoſitionem. Vt Lyſias in funebri oratione: Aequum eſſe, in ſepulchro, quo conderentur, qui in Salamine occubuerant, Græciam tonderi, quia vnà cum virtute ipſorum fortitudineq; animi libertas totius gentis ſepulta foret.

3 Ἐνέργειαν. Actum. Vt

- Aeſion de Athenienſibus in Siciliam innumerabiles copias mittentibus dixit: Ciuitatem in Siciliam effuderunt.
- Item: Vſqueadeo vt Græcia inclamarit.
- Lyſias in funebri oratione: Aequum eſſe, in ſepulchro, quo conderentur, qui in Salamine occubuerant, Græciam tonderi: quia vnà cum virtute ipſorum fortitudineq; animi libertas totius gentis ſepulta foret.
- Iphicrates dixit: Iter orationis meæ erit per medias res à Charete geſtas.
- Aduocare pericula vt periculis ſubſidio ſint.
- Lycoleon pro Chabria: Neque ſupplicem æneam illius ſtatuam reuerentes.
- Iſocrates: Florentem vigorem habentis.
- Item: Te vero tanquam ἄφετον.
- Euripides: Hinc Græci concitati pedibus.
- Homerus: Iterum ad ima voluebatur lapis impudens.
- Item: Euolauit ſagitta.
- Item: ἐπιπτέσθαι μενεαίνων.
- Item: In terra ſtabant cupientia corpore ſaturari.
- Item: Cuſpis penetrauit pectus ſanguinis auida.
- Item: Curuæ albeſcentes nunc hinc, nunc inde recurrunt.

DE ELOCVTIONE.

Oratio conueniens.

Elocutio pro generum diuersitate variari debet. Alia enim est

- 1 Scriptionum. Quod silere non cogi, si quid cõmunicare cũ alijs velis. id quod accidit ijs, q scribere nesciunt. Hæc vero scriptionib. apta dictio
  - Debet esse accuratissima: In manib. autem versantur poetæ, qui leguntur, veluti
    - Chæremon. exquisitus enim est absolutusq;, vt qui orationes scribunt, esse consueuerunt.
    - Lycimnius inter dithyrambicos.
    - Hęc exquisita dicẽdi ratio qui generi cõ ueniat
      - Magis
      - Minus
      - vide pag. 147.
  - In contentionibus angusta videbitur.
  - Idem sæpe dicere repudiat.
- 2 Contentionum, quæ
  - 1 In recta solum ratione emendati sermonis posita est.
  - 2 Cum actione maxime coniuncta est, cuius partes sunt duæ
    - Ἠθικὴ. Morata.
    - Παθητικὴ. Affecta.
    - Quo fit, vt
      - Actores fabulas
      - Poetæ actores
      - huiusmodi consectentur.
  - 3 Orationes oratorum, quanquam bene habitæ fuerint, in manus tamen sumptas vulgares ac tenues videri facit. Cuius rei causa est, quòd in contentionibus conueniunt. Itaque quæ in actione versantur, actione detracta cum munere suo haud fungantur, insulsa perinde ac dissoluta videntur.
  - 4 Idem sæpe dictum ab oratorib. non absurdũ videri facit. Hæc enim cũ actione coniuncta sunt. Necesse est autem, qui idem dicunt, variare distinguereq; orationem. id quod quasi viam munit actioni. Vt
    - Hic est, qui vos expilauit: hic, qui decepit: hic, qui postremũ prodere vos hostib. tentauit.
    - Quod Philemon histrio fecit in
      - Gerõtomania, quando colloquuntur Rhadamanthus & Palamedes.
      - Prologo Piorum, in illo, Ego.
    - Nam si qs ad hæc actionẽ nõ adhibeat, euadit ille, qui trabem gestat.

DE ELOCVTIONE.

Oratio conueniens.

5 Dissoluta admittit: Vt, Veni, occurri, rogaui.

1 Quibus actionem adhibere necesse est: neque, quo modo qui vnum dicit, eodem habitu animi, ac tono vocis proferre.

2 Quæ proprium ac peculiare quiddam habent. Aequali enim tempore multa dici videntur. Copulæ enim natura hæc est, vt, quæ multa erant, vnum reddat. Contra igitur, si exempta illa fuerit, perspicuum est, quod vnum antea erat, multa statim factum iri.

- Veni, narraui, supplicaui. Videntur enim plura.
- Videtur negligere, quæ narro, quæ dico.

3 Quæ habent vim augendi: Vt

- Nireus, qui ex Simo: Nireus, qui Aglaiæ filius: Nireus, qui pulcherrimus. De quo enim multa dicta sunt, necesse etiam est non semel sed sæpe dictum sit. Si igitur sæpe dictum est, multa etiam dicta esse videntur. Quare hac captione vsus Homerus & Nireum, & ipsius res valde ornauit, cum semel tamen solum in præclaro illo opere eius mentionem fecisset. tantam enim vim habuit hoc poetæ artificium, vt in memoria omnium Nirei nomen semper hæserit, quãuis de ipso postea verbum nusquam fecerit.

DE ELOCVTIONE.

Oratio conueniens.

3 Concionum. quæ vmbratilis picturæ similitudinem imitatur. Quanto enim maior turba fuerit, tanto longius spectatur. Quare summum studium in vtraque inane malumque videtur.

4 Iudicij. quæ exquisitior esse debet atque accuratior. magis adhuc exquisita, quæ ad vnum iudicem habetur. Qui enim ad vnum iudicem dicunt, paruam facultatem habent vtendi præsidijs artis, idest à causa discedere non valde possunt, nec quæ excogitarunt oratores, vt iudicibus imponerent, vsurpare. Si enim apud vnum iudicem dicas
- Facilius perspici potest, quod est
  - Suum ac rei propriū.
  - Alienum.
- Cōtentiones illæ iactationesq; oratorum illic locū nō habent.

Et hæc causa est, cur nō omnes oratores in omnibus diuersis generibus summa cum laude versantur. Vbi enim actionem valde res requirit, locum illic exquisita & accurata dictio non habet. Si quidem incondita magis & commoto animo prolata postulat actio, atq; in illis se iactare ac vires suas exercere potest: diligenti vero structura exquisitaque impeditur. Actio vero ibi requiritur, vbi voce opus est, in primisq; vbi magna.

5 Demonstratiui generis. quæ maxime apta ad scribendum est. Scribuntur enim orationes hæ, vt in manibus habeantur leganturq;.

Elocutionis ratio
- 1 Exquisitæ, est illa, cuius gradum habet
  - Primum Demonstratiua.
  - Secundum Iudicialis.
  - Tertium Concionalis.
- 2 Inanis est illa, quæ à quibusdam rhetoribus inducta est partitio, vt sit
  - Suauis. suauitatē enim afferent ea, quæ diximus. si videlicet oratio erit
    - 1 Perspicua, idest non
      - Loquax,
      - Concisa.
    - 2 Non humilis.
    - 3 Decora.
    - 4 Vsitata.
    - 5 Peregrinitatem habens.
    - 6 Numeris ornata.
    - 7 Vim quandam persuadēdi habens ex decoro probe temperatam.
  - Magnifica, cur enim magis quàm
    - Temperans?
    - Liberalis? & si qua alia moralis virtus existit?

DE PARTIBVS

Partium orationis numerus & ordo.

Orationis partes sunt secundum

- Aristotelem duę necessariæ ac præcipuæ
  - 1 Propositio — quibus rem, de qua dicendum est, — Exponimus. — Fieri n. non potest, ut qui — Exposuit, nō confirmet. — Nā qui — Rem antea exponit, ut post ea confirmet, exponit. — Perinde ac si quis distinguat — Illā esse Quæstionē.
  - 2 Probatio — Confirmam⁹. — Confirmat, non prius exposuerit. — Argumentis nititur, quidpiā confirmat. — Hāc esse Demōstrationē.
- Alios, plures: sed non semp necessariæ omnes
  - 1 Exordiū (pag. 149.) quod
    - Rem non confirmat vnquā.
    - In concionib. adhibetur, cū, qui contradicat, existit.
  - 2 Narratio (pag. 154.) quæ est orationis
    - Iudicialis.
    - Non demonstratiuæ.
    - Non cōcionalis.
  - 3 Propositio. qua rem, quam cōfirmaturi sumus, exponimus.
  - 4 Probatio. (pag. 158) cuius duæ, quæ sequuntur, partes sunt: tametsi eas separatim enumerant.
  - 5 Confutatio (pag. 160.) quæ non est demonstratiuarum orationum.
  - 6 Aduersa collatio (pag. 165.) qua vtimur
    - Cum rationes nostras amplificare volumus (pag. 165.)
    - In cōcionibus. cū, qui contradicit, existit.
  - 7 Peroratio (pag. 165.) quæ ī memoriā redigit auditorib. ea, q̄ ante exposita sūt.
    - Nō est demonstratiuarū.
    - Est iudicialis rationis. nisi forte
      - Oratio pusilla sit.
      - Res custodiri memoria possit.
    - Cōcionib. adhibetur, cum, qui cōtradicat, existit. si quidē sæpe, nō quaten⁹ cōsultatio est, adhibentur
      - Accusatio.
      - Defensio.

Quæ diuisio vt nimis minuta improbatur. Nam noua nomina rebus īponere tunc

- Licet, cū
  - Forma aliqua affertur.
  - Res dicitur, quæ ab alijs differat.
- Nō licet. cum res eadem est. qđ fecit
  - Theodorus. apud quē est
    - Narratio altera.
    - Supernarratio.
    - Prænarratio.
    - Refutatio.
    - Superrefutatio.
  - Lycimnius in arte nominans
    - Ἐπούρωσιν.
    - Ἀποπλάνησιν.
    - Ὄζους.

ORATIONIS.

Exordium, quod est principium orationis perinde atque

In fabulis poetarum ὁ πρόλογος, Iudic. gen. similis.

In tibicinis studio τὸ προαύλιον, Demonstr. prooemio valde simile.

Exordia

- Demōstratiuarum
  - Similia sūt
    - Illi prolusioni, qua vtuntur tibicines, cum tibias inflare incipiunt, antequàm ad legitimum cantum veniant. quod tamen postea ἐνδοσίμῳ adnectunt. Ita enim vocauit Aristoteles partem eam, quæ inter prolusionem & verum cantum posita est: ac tanquam copula coniungit ambas illas valde inter se distantes.
    - Principijs dithyrambicorum: Vt, Propter te, tuaq; munera atque spolia.
  - Libera sunt ac soluta: vt laudanti aliquid aut vituperanti liceat inde initium auspicari, vnde vult. Cuius instituti consuetudinisq; oratorum, quicunq; exemplum afferre voluerunt, cuncti ad exordium Isocratis, quo vsus est in laudatione Helenæ, confugerunt: atque eius testimonio fieri id cum laude, nedum sine reprehensione posse, comprobarunt. Nulla enim in re conuenit Helenæ cum sophistis. Simul vero etiam, si euagabitur, vt non tota oratio vniusmodi sit; conuenit.
  - Ducūtur à
    - Laude. Vt Gorgias in olympica oratione: Digni, quos pleriq; admirentur, Græci sunt. Laudat enim eos, qui conciliabula cogunt. Hic vero operam dare debemus, vt putet auditor collaudari etiā
      - Se ipsum.
      - Genus suū.
      - Studia sua, aut aliquo alio modo.
      - Quod enim inquit Socrates in funebri oratione, verū est, nihil esse negocij Athenienses apud Athenienses laudare, verum apud Lacedæmonios.
    - Vituperatione. Vt Isocrates: qui auctores certaminum vituperat, quòd virtutes corporis amplissimis muneribus ornassent, animi vero dotibus, sapientiæq; nullum præmium statuissent.
    - Suasione, & dissuasione. Vt si quis dicat: Oportere probos viros ornare, & hanc causam esse, cur Aristidem laudandum susceperit: Aut certe eos, qui neque probati, neq; improbi sint, sed qui, cum boni sint, tamen in obscuritate versantur: vt Alexandrum Priami filium. Siquidem hic consilium dat.

DE PARTIBVS

Exordium.

Indicialium

Procœmijs iudicialib. ideſt ab ijs, quæ perſonam auditorum reſpiciũt. Tunc autem id præcipue fit, cũ orationẽ habituri ſumus aut de re

- Incredibili.
- Ardua.
- Peruulgata, multisq; cõmuni.

Vt ea ratione veniam ab ijs, qui audiunt, impetremus, nobisq; poſtea illi ignoſcant, ſi quid, quod non magnopere eos delectet, parumue probabile videatur, protulerimus. Vt Chærilus: Α μάκαρ ὅστις ἔην κεῖνον χρόνον ἴδρις ἀοιδῶν, Μουσάων θεράπων, ὅτ' ἀκήρατος ἦν ἔτι λειμών. Νῦν δ' ὅτε πάντα δέδασται, ἔχουσι δὲ πείρατα τέχναι, Ὕστατοι ὥστε δρόμου καταλειπόμεθ', οὐδέ τοι ἔστι, Πάντη παπταίνοντα, νεοζυγὲς ἅρμα πελάσσαι.

Debent habere τὰ ἐνδόσιμα aut

- Aliena, ita tamen, vt cum re ipſa coniungi aliquo modo poſsint.
- Affinia orationi. quæ ducuntur ex argumento rebusq; ad illud, de quo verba facturi ſumus, pertinentibus.

Similia ſunt

- Fabularum prologis.
- Epici carminis initijs.

In quib. ſpecimen eſt & indicium eius, de quo poſtea poematib. illis agitur: vt ante videant, qui audiunt leguntq;, de quo ſermo futurus eſt, vt ne animus ipſorum ſuſpenſus ſit. Quod enim indefinitum eſt, huc & illuc vagari homines facit, & nihil certi, quod ſequantur, habere. Qui præbuit igitur, ac tanquam in manum porrexit principium, facit eum, qui tenet, percipere id, quod ſine eo auxilio nunquam intellexiſſet. Hanc rationem ſecuti ſunt optimi quique poetæ, & hoc facere voluit Homerus, cum vtrunque opus exorſus eſt: Iram Diua refer. Et, Dic mihi Muſa virum. Et alius poeta: Dux mihi ſis, præitoq; aliud carmen, quo exponatur, quo modo ex Aſia terra bellum ingens in Europam venit. Tragici etiam poetæ indicare breuiter, & aperire ſolent, quod tota fabula continetur, argumentum ſcilicet. Quòd niſi illico in fronte primaq; parte hoc fecerint, vt Euripides: non committunt, vt extra prologum hoc faciant, ſed ante quàm abſolutus ille ſit, paucis, quæ explicari poſtea debent, complectuntur, perinde ac Sophocles: Pater mihi fuit Polybus. Idem ét ſeruat Comœdia.

Quib. ſuperſederi poteſt, ſi res ſit

- Nota.
- Parua.

Quorum hoc maxime neceſſarium propriumq; eſt, indicare, quis ſit finis, cuius cauſa oratio haberi debet.

Quibus res ſummatim exponatur.

Quæ perinde ac in corpore, in oratione capitis orationem habent.

Exordium.

Cōtinent & alias formas cōmunes ac veluti medicamenta quędam, quæ ducūtur ab

- Oratore
- Aduersario
  - ad crimen
    - — Dissoluēdum. Quod fit in principio. Reus enim, cū omnia facere debeat, vt se insinuet, necessario, q̄ obstāt, remouere debet. Quare criminationē aduersarij disijcere primo loco oportet.
    - — Inferendum. Quod fit in peroratione, quo firmius illa memorię auditorum hæreant.
- Re.
  - Nobis cōciliare. (qđ lib. 2. docuit.) Vbi operam dare debemus, vt aut
    - Amici illi ipsi uideamur. Qđ Vlysses apud Homerum precatur à Mineruа. Fac ut ad Phæacas amicus ac miserādus veniam.
    - Misera tione digni
  - In aduersarium incitare.
- Auditore. quē debem⁹
  - Attentum facere, aut cōtra. Nō eni semp attentum facere vtile est. Quo fit, vt ad risum traducere multi conentur. Attentio autem
    - Fit à reb.
      - Magnis.
      - Suis ac ꝓprijs.
      - Admirandis.
      - Iucundis.
    - Remouetur, si ostēdim⁹ id q̄ quo agitur
      - Pusillum esse.
      - Nihil ad eos pertinere.
      - Molestū, & qđ ęgritudinē ipsis afferre possit.
    - Non magis principio, quàm reliqs partib. orationis conuenit. Verisimile enim est, q̄ audiunt, omnib. locis potius, quàm in principio studium suum relaxaturos. erecto enim animo semp initio rerum tractandarum sumus. postea vero imbecillitate humani ingenij defatigamur. Quare res stulta est, & quæ risu explodi debeat, oratorē in principio suæ orationis studiose hoc facere, cum minime oportet, sponteq; sua ij, qui audiūt, attenti sunt. Quam ob rem cū hoc tēpus poscere videbitur, tūc huiuscemodi vocib. attentio eorū excitāda est: Adhibete animū verbis meis: neq, eni mea magis, quā vestra res agitur. cōmune enim hoc negocium est. Et, Exponam enim vobis acerbissimū facinus, ac nunquā alias auditum: siue eiusmodi, vt nihil vnquam tam admirabile acceperitis. Hoc aūt est, vt Prodicus dixit, dormitantibus auditorib. in medio sermone inijcere aliqd ipsis demōstrationis eius, quā quòd quinquaginta drachmis ipsam venderet, πεντηκοντάδραχμον appellabat.
  - Docilem facere. Quod tunc fiet, si quis voluerit etiam vir probus videri.

Quę oīa artificia extra rem sunt, & ad uersus deprauatum corruptūque auditorem ualēt, & qui libenter, quæ extra causā sūt, accipit. Nisi enim huiusce modi iudex foret, sed īteger ac sibi cōstans; non ualde op⁹ foret ꝓœmio. Qđ enim cum auditore, non ut auditore, hi agūt, hinc etiam manifestum fieri potest, quòd &

- Vniuersi i principijs aut
  - Criminātur.
  - Metum disijciunt.
  - Vt ille apud Sophoclē in Antigona; Non dicam. Rex, quanto studio. Et apud Euripidem Thoas Iphigeniam obscure respondentem ac tergiuersantem, his ipsis verbis percūctatur: Quid prooemiaris?
- Illi, qui malā causā aut
  - Habēt,
  - Habere se putant,
  - Procemio vtitur. Quouis enim in loco ipsis præstat, quā in causa ipsa, permanere.
- Serui, callida hominum natio, & ad omnem malitiam iniquitate fortunæ instructa, non respondent ad interrogata, cum urgemus illos, & alicuius flagitij coarguere uolumus, sed ambages loquuntur, & quæ rem potius undique circunstant, quàm rē ipsam, & principia sermoni suo accurata affigunt, & in excusandis se ipsis magnam partem orationis consumunt.

ORATIONIS.

Exordium.

Deliberationum

Sumuntur à iudiciali genere. Natura enim hoc genus minime indiget procœmijs. Nam &

- Auditores, de quo agatur, iam intelligunt.
- Res ipsa sua sponte procœmio non eget, nisi quando id postulat aut
  - Persona
    - Eius, qui agit, cum crimina illa sunt dissoluenda.
    - Aduersarij. cum in eam crimina sunt inferenda.
    - Auditoris. qui rē ipsam nō, quantam velis, existimet, sed aut
      - Maiorem. quā debemus cōterere.
      - Minorem. quam debemus amplificare.
  - Res ipsa, quę ornatum exigat. Quia nisi eo prędita sint, abrupta videantur. Tale enim Gorgiæ encomium est in Eleos. quia nullo connixu, nulloq; motu ante adhibito confestim orditur: Elis beata ciuitas.

Habent locos Proprios & tum

- Reo ad dissoluenda crimina. Dissoluetur autem crimina ab aduersarijs illata, si aut
  - Quæcunq; adiuuant ad delendam ex animis hominum malam de nobis existimationē, adhibuerimus omnia. Nihil enim refert, siue praua illa opinio
    - Sermone alicuius orta sit.
    - Sua sponte excitata sit.
  - Ijs occurramus nō aliter atq; ijs, de quibus controuersia existit, nempe aut
    - Non esse.
    - Non noxium esse,
    - Non huic,
    - Non tantopere.
    - Iniustum non esse,
    - Non valde.
    - Non turpe,
    - Non magnopere.
    - Tales enim res in cōtrouersiam veniūt. Vt Iphicrates aduersus Nausicratem. asseruit enim se fecisse, qđ ille dicebat, itemq; nocuisse, verum non iniuste fecisse.
  - Cum inique fecisse quidpiam arguamur, nec factum inficiari aut purgare possimus: compensabimus rem hoc pacto:
    - Si noxium quidpiam alijs fecimus, at id honestum ijsdem fuisse dicemus.
    - Si triste, at vtile, aut aliquid tale.
  - Dicemus cōmissum esse vel
    - Errore.
    - Infortunio.
    - Necessitate. Vt Sophocles cōfessus est ille quidem; se tremere, verum non quemadmodum qui criminabatur, aiebat, vt senex videretur, sed ex necessitate. neque enim se annos octoginta libenter agere.
  - Compensabimus dānum fine atque vltimo, docebimusq; nos nunquam lædere ipsum in animo habuisse, sed hoc & nō illud quod aduersarius nos fecisse criminatus est, facere voluisse. quòd autem damnum acceperit, casu factum esse. dignos autē nos odio futuros fuisse, si, vt illud efficeretur, id commissum à nobis fuisset.
  - Considerabimus, an calūniator in illis cōtineatur & insit, qui culpā illam admisisse creduntur, aut
    - Nunc.
    - Prius.
    - Ipse.
    - Propinquus eius aliquis.
  - Videbimus, an criminatio eadem cadat in eos, quos omnes minime affines esse crimini illi confitentur. Vt, Si qui immūdus inquinatusq; in primis habetur, adulter, is purus esse intelligitur: & hic atq; ille, qui & ipsi eodem crimine laborabāt, puri esse existimari debent.

Exordium.

- Videbimus, an
  - Qui nunc nos criminatur, alijs temporibus alios criminatus sit.
  - Alius quispiam eosdem illos in crimen vocarit.
  - Ijdem illi, quamuis crimen in eos illatum non fuerit, eidem tamen culpæ obnoxij vulgo existimati sint, qua nos premimur, qui tamen postea affines illi non esse declarati sunt.
- Contra criminabimur, qui nos criminatur, ac studium potius ponemus in criminando aduersario, quàm in nobis purgandis & quasi ijsdem artificijs illum petemus, quib. ipse nos aggressus sit. Fieri enim non potest, vt, si ipse dignus, cui non credatur, sit, oratio postea ipsius fidem habeat.
- Iudicium de ea re iam factum sit. Quo modo Euripides à se periculum depulit. cum enim in iudicio actione'ue, quam ἀντίδοσιν Athenis vocabant, ab Hygiænonte, vt impius, insimularetur, quòd ad periurium cunctos nefarie impellens, hanc vocem ediderat: Iuraui lingua, mentem iniuratam gero: respondit eum iniuste facere, è Liberi patris certaminibus iudicia in curiam comportantem: se enim iampridem illic, vbi debebat, rationem eius sententiæ reddidisse atque dare paratum esse, si nomen suum illic deferre voluerit.
- Disputabimus contra calumniam, & ream illam agemus, ostendemusq; quàm ingens malum sit ipsa, vtque diuersa iudicia constituat.

- Accusatori ad inferēda crimina. Quod erit si
  - Rem { Paruam multis / Magnam paucis } uerbis laudando vituperabit.
  - Multis bonis allatis, id vnum, quod ad rem pertineat, reprehendet. Tales autem sunt, qui callidissimi atque iniquissimi sunt. quia rebus bonis lædere student, ijs malo & vitio aliquo temperandis.

- Communes ambobus, Vbi hæc seruanda, vt
  - Notas & iudicia q̄dam afferas, quib. ostendas, quod docere studes. Vt in fabula Teucro inscripta
    - Vlysses à nota Teucrum criminatus est, ac fauere reb. Troianorū insimulauit, cum esset Teucer sanguine coniunctus Priamo. Hesione enim ipsius mater, Priami soror erat.
    - Teucer se fidelem esse Græcis, nec Troianorum partes adiuuare, à notis & ipse cōfirmat, quòd
      - Telamon pater hostis Priami fuit.
      - Speculatores ad Troiā missos non indicauit.
  - Cum cōtingit vt eadem res plurium rerū gratia gesta sit: qui
    - Criminatur, eam deprauet in deteriorem partem arripiendo. Vt à Diomede Vlyssem ascitum socium, quòd sciebat illū solum, vt ignauum de gloria secum nōn esse concertaturum.
    - Purgat, eam in meliorem partem trahendo ornet. Vt de Vlysse in Diomedis societatem sumpto, quòd Vlyssem omnium optimum intelligebat.

O

DE PARTIBVS

Narratio.

Narratio in genere. Demonstratiuo debet esse—

1 Minime continens ac perpetua. cuncta enim eodem ordine, quo facta sunt, exponere, hoc in se vitium habet, quòd ægre memoriæ mandatur id, quod ratione allata probatur in narratione continenti, & quod ordine temporum seruato fit. Quæ oratio simplicior est, vt explicatis rebus profectis à
- Fortitudine, fortis
- Sapientia, sapiens
- Iustitia, iustus

esse manifesto intelligitur.

2 Interrupta & in plures partes dissecta. Quæ oratio est—
- Varia, nec vniusmodi.
- Non tenuis.

cum scilicet statim singulis reb. expositis probatio earũ adhibetur. Hæc enim oratio multiformis est, quæ partim ex narratione, partim ex confirmatione rerum expositarum constat. Siquidem actiones persequi conuenit, ex quibus cõstat oratio. Constat autem oratio partim ex ijs, quæ—
- Arte carent. Quia qui dicit, actionum auctor non est.
- Artem habent. cũ orator scilicet aut
  - Probat rem factam esse. Quod fieri debet, cum res illa incredibilis est.
  - Argumẽtatur rẽ esse vel
    - Qualẽ.
    - Quantã.
    - Simul hæc omnia.

3 Eiusmodi, vt nota & omnium sermonib. celebrata facta, non accurate explicare videatur, sed attingere tantummodo illa, vt in memoriam redeant ijs, qui audiunt. Vt in laudando—
- Achille, cuius res gestæ notæ sunt, debet illis, vt planis certisque sine vlla narratione ad Achillem ornandum vti.
- Critia, cuius recte facta ignota sunt, cuncta diligenter narrare debemus.

ORATIONIS.

Narratio.

Iudiciali

1 Breuis esse debet secundum nonnullos, sed ridicule. Quemadmodum pistori quidam subigenti panem, percunctantiq; durum an mollem subigeret? acute respondit: quid? bene omnino subigere non licet? Assentior tamen ———

2 Ne sit prolixa, vt neque
- Procemia,
- Probationes.

Sed neq; hic quoq; virtus ipsa sita est, aut scilicet in
- Breuitate,
- Cõcisione,

sed vt —

3 Mediocritatem seruet. Hoc autem est ea dicere, quæ
- Rem declarent.
- Adducãt ad opinandum rem —
  - Factam esse.
  - Læsisse.
  - Iniuria lęsisse.
  - Tantam esse, quantam videri tibi cõmodum est.

  Aduersario vero contraria eorum, quæ exposita sunt, accommodata erunt.

4 Nonnulla sparsa habeat, quæ
- Declarent
  - Probitatem tuam. Vt: Ego sane nunquam destiti monere, quod æquum iustumq; esse sentiebam, ne filios desereret.
  - Aduersarij improbitatem. Vt, Hic vero nõ dubitauit respondere: vbicunque terrarum ipse erit, alios sibi filios fore. (id qđ Aegyptios deficiẽtes respõdisse prodit Herodotus.)

  Hoc aũt
  - Statim etiã in initio
  - Clam

  faciẽdum. Quod quàm facile sit, ex ijs, q nunciãt, cognoscendũ est. quas enim res penitus ignoramus, de ijs tamen aliquam suspicionẽ concipimus.
- Iudicibus iucunda sint.

5 Quæ est defensoris, debet —
- Esse minor. Resistet autem accusationi, disceptabitq; de his rebus. Aut enim dicet —
  - Factum non esse.
  - Noxium nõ esse.
  - Iniustum nõ esse.
  - Non tantum esse, quãtum ab accusatore dicatur.

  Hinc etiam status erui possunt, vt lib. 1. pag. 25. 37. 38.
- In reb. certis concessisq; eiusmodi esse, vt in ea diu manere ac tempus conterere non oporteat, nisi ad aliquid eorum, quæ tradita supra sunt, res tendat. Vt, si factum fateris, non iniustum id esse demonstrare possis.
- Dicere à se facta, quęcunque nisi facta fuissent, in animis iudicum mouere potuissẽt
  - Misericordiam
  - Indignationem

  Vt
  - Alcini apologus, q apud Penelopen versibus sexaginta confectus est.
  - Phayllus circum.
  - Qui est in Oeneo prologus.

DE PARTIBVS

Narratio.

- 6 Morata sit. in qua &—
  - Cõſiderabimus eorum, de quibus agemus, in ipſorũ factis
    - Finem.
    - Electionem.
    - Mores
      - Bonos.
      - Malos.

    Atque hæc cauſa eſt, cur Mathematici ſermones nullos mores habeant, quod ab omni ſunt electione vacui. neq; enim finem vllum ſibi proponunt. Socratici autem ſermones mores habent, agunt enim de reb. quæ alicuius gratia fiunt.
  - Dicemus
    - Quæ vnicuique naturæ & ingenio comitantur: Vt, Dum hæc diceret, incedebat: ac nihilo minus inſtitutum iter propere faciebat. Declaratur enim per hæc verba audacia quædam & agreſte hominis ingenium.
    - Non ex induſtria & iudicio (μὴ ὡς ἀπὸ διανοίας) ſed acutis ſententijs orationem, ad idque, quod volumus, probandum appoſitis ornabimus. Hoc enim prudentis hominis eſt, qui ſectetur vtilitatem.
    - Ex voluntate & propenſione animi (ὡς ἀπὸ προαιρέσεως) hoc eſt, ſimplicius loquemur, ac, quæ res impulerint nos ad agendum, aperiemus. Vt ſi dicamus: Equidem volebam, & ſtatuebam, hoc facere, relicta ſpretaq; vtilitate omni: &, quamuis rem mihi conducere non poſſe intelligerem, tamen deterritus non ſum, æquoque animo res inde meas deteriores fieri patior, vt officio non deſim. Hoc vero probi hominis eſt, qui ſectetur honeſtum.
    - Si quidpiam proferimus, quod fide careat, cauſam illius incredibilis. Cuius rei exemplum nobis Sophocles ſuppeditat ex Antigona, quòd fratrem cariorem haberet, quàm maritum aut liberos: nam eos etiam ſi perierint, affuturos. matre vero aut patre mortuis, frater nunquam poterit exoriri.
    - Si incredibile quidpiam narrauerimus, nec eius cauſam afferre potuerimus, nos intelligere, quòd exponimus ea, quæ omnem fidem ſuperant: verum nos ita natura factos eſſe. non enim facile crederet multitudo nos quidpiam geſsiſſe non vtilitates noſtras ſecutos.

ORATIONIS.

Narratio.

- 7 Pathetica ſit.hoc eſt ex ijs, quæ afficiendi uim habent, dicere narrãtem, quæ
  - Conſequuntur.
  - Nota ſunt ijs, qui audiunt.
  - Adſunt proprie aut —
    - Ipſi, qui dicit.
    - Aduerſario.
    - Vt
      - Ille vero me reſpiciens abijt.
      - De Cratylo Aeſchines, quòd exibilans & manib. explodens.
      - Ex Homero plurima: Sic ait: aſt anus manus faciei obtẽdit. Qui enim lacrymare incipiunt, oculos attrectant.
      - Magnam enim perſuadendi uim habent. quia hæc ipſa, quæ tenent, compertaq; habent, notæ ſunt rerum abditarum, & quas ignorant. ſciunt autem, quia uiderunt, contumaciter inambulantem, ſibiloque ac ſtrepitu honeſtos viros conſectantem. neſciebant tamen antea ſuperbum eum ac petulantem eſſe. qui ipſius animi motus ex notis & indicijs illis perſpecti ſunt.
- 8 Habet
  - Plura loca in oratione.
  - Sæpe nullum in principio.

Deliberatiuo
- Nullum locum habet. quia de rebus futuris narrat nemo.
- Si locum habet, rerum præteritarum erit, ut earum recordati melius deliberent etiam de futuris, aut
  - Criminando.
  - Laudando.
  - Verum tunc ſuaſoris munere non funguntur.
- Si fide careat, polliceri debes te & —
  - Cauſam illico totius rei redditurum eſſe.
  - Stare velle iudicio eorum, quorum ipſis viſum fuerit, ipſorumq; arbitrio rem permiſſurum. Vt Aemon ille apud Sophoclem Creontis Thebarum regis filius, cum ſalutem vxoris Antigonæ contra patrem enixe tueretur, tamen oſtendebat ſe in eius poteſtate fore, ac, quicquid ei viſum foret, facturum.

DE PARTIBVS

Confirmatio.

- Iudiciali
  - Cum de facto controuersia est, in qua necesse est, alterutrum improbum esse, aut
    - Qui inficiatur, cum id se fecisse neget, quod à se factū optime sciat.
    - Accusatorē, qui falsum crimen obijciat.
  - Cum nos non nocuisse dicimus.
  - Cum non tantopere nocuisse nos dicimus.
  - Cum iure factum esse à nobis dicimus.
  - Quęcunque harū quæstionum inciderit, in ea potissimum immorandū est, ī qua tota causa vertitur, & de qua oīs cōtrouersia est cū aduersario, nō autē in alia.

- Iudiciale genᵒ &
  - Facilius est Deliberatiuo, quia
    - Agit de ijs, quæ aut
      - Sunt.
      - Non sunt.
      - Cuius rei magis demōstratio necessitasque est. Quod enim factū est, necessitatem in se iam habet.
    - Habet legem, quæ est tanquam solum & fundamentum argumētationum, ac principij deniq; uim in illis rebus habet. Qui autem principium tenet, nullo negocio demonstrationē inueniet.
  - Enthymemata habet. q̄ tamē
    - Non sunt ponenda deinceps, vt aliud, nulla re interposita, aliud sequatur.
    - Sunt temperāda alijs ꝓbationibᵒ, rebusq;, q̄bus corpus orationis cōflatur, permiscenda.
    - Quod qui non seruabit, posteriorib. argumentis uim priorum infringet: ita enim collocata argumenta mutuo se impediūt ac labefactāt. Est enim & terminus quidam, quem transilire non oportet, argumentorum multitudinis. Vt Menelaus Pisistrato *Nestoris* filio: O care mihi adolescens: amo enim te, quia tot dixisti, quot prudentia prędiτus vir & diceret & faceret. Non enī dixit, huiuscemodi aut talia, sed tot, ut, qui cognosceret, multitudine quoq; sententiarum peccari posse, nec tātum qualitate.
    - Ad res omnes non sunt adhibenda. Quę enim sua ui satis planę notæq; sunt, eas argumētis confirmare necesse non est. Qui autem hoc non seruabunt, in idem vitium incidēt, quo tenentur nonnulli studijs sapientiæ dediti, qui syllogismos adhibent ad ea, quę notiora ac certiora sunt, quàm illa, quæ sumunt, quorumq; pręsidio ad ea illustranda vtuntur.
    - Non sunt ꝓferēda tunc, cum orator vult aut
      - Commouere ac perturbare animosiu dicū. Enthymema enim, tunc aut
        - Ejiciet et extrudet q̇; turbidū, illum motū ex aīo iudicis. Cōmotiones enī se mutuo aut
          - Exturbāt, nec simul in eadē sede manere possunt. q̄ enī prior locū occupauit, à posteriore superueniēteq; extruditur.
          - Se cōficiūt delentq;. Infirmant & imbecilles reddunt.
          - Cōmouere aūt animum non πάθη solū, sed Enthymemata quoq; declarauit ipse in primo horū librorū, cū inqt orationes, q̄ Enthymematib. cōstarent, magis θορυβοῦσθαι: q̄uis non eadem animi pars moueri illis videatur, Excitatur enim rationis
            - Particeps, argumentis.
            - Expers, affectib.
        - Frustra prolatum atque emissum erit.
      - Moratam orationem adhibere, & oratione mores exprimere
        - Suos.
        - Alienos.
        - Demonstratio enī nō habet
          - Mores.
          - Electionem.

ORATIONIS.

Confirmatio.

- Deliberatiuo, cum
  - Contẽdimus res illas ita, ut q̃ ante sentẽtiam dixit, censuit, aut
    - Non futuras.
    - Futuras quidẽ, sed nõ
      - Iustas esse.
      - Vtiles esse.
      - Tantas vtilitates in se habere, quantas ille affirmarit.
  - Ostendimus eum, qui ante concionatus est, falsi aliquid protulisse, quamuis ad rem, de qua tunc deliberatur, id mendacium non pertineat. nam argumenta hæc esse creduntur, quòd in alijs etiã mentitur, nec fide dignus est.
  - Afferimus exempla. Deliberatio enim fit de reb. futuris. quare ad eas confirmandas ex præteritis, iamq́; factis reb. exempla ducere oportet.
  - Deliberatiuum genus difficilius est Iudiciali, quia
    - De reb. futuris, non de præteritis, ut Iudiciale, agit. Præterita autem nosse etiã vates possunt, ut Epimenides Cres. is enim non res futuras tenere se ac prædicere alijs posse præ se ferebat, sed factas iam, obscuras tamen, & quæ à ceteris non viderentur.
    - Nõ multa diuerticula habet. Vt
      - Dicere
        - Cõtra aduersariũ.
        - De se ipso.
      - Perturbationem in animis iudicum concitare.
      - Quorum nihil huiuscemodi licet ei, q̃ deliberat, attingere, nisi è munere suo exierit, & alienas partes tractare voluerit. Cui ergo copia nõ suppetit, is id facere debet, q̃d Athenis faciunt oratores, præsertim Isocrates, qui suadendo accusat, vt Lacedæmonios in Panegyrica, Charetem in Sociali, q̃ nunc περὶ εἰρήνης inscribitur.
- Demonstratiuo
  - Amplificatio. cum facta credi oportet ab ijs, q̃ audiunt. Ea est rerum
    - Honestarũ.
    - Vtilium.
    - Vt orationem autem augeamus, debem᾿, eã ἐπεισοδιοῦν ἐπαίνοις, hoc est, Laudes in aliquos adiũgendo, grandiorem facere. quod
      - Isocrates facit. semper enim aliquem inducit, cuius laudes persequendo, dignitatem ac magnitudinẽ orationi adiũgat.
      - Gorgias dicebat. qui aiebat sibi haudquaquam orationẽ deesse posse. Si enim de Achille dicat, laudat
        - Peleum patrẽ.
        - Aeacum auum.
        - Iouem proauũ.
        - Fortitudinem.
        - attingendo aut
          - Hoc.
          - Illud.
  - Argumentatio, cum res, quæ narrãtur,
    - Incredibiles videntur.
    - Ab alijs factæ fuisse videntur.
    - Quòd si Argumentationes
      - Suppeditarint, debes &
        - Orationi mores aspergere,
        - Orationẽ fulcire argumẽtis,
        - diuersis tamen temporibus.
      - Defecerint, totũ te ad mores conferas oportet. Aequo enim ac bono viro magis congruit, probum ipsum videri, quàm orationem ipsius exquisitam. Nam
        - Probum virum mores in oratione expresi declarant.
          Vide pag. 161.
        - Orationem exquisitam facit copia enthymematũ. quorum quæ sunt ἐλεγκτικά, magis probant, quàm quæ directo aliquid confirmant. quia quæ refellunt, syllogismo cõclusa esse apertius est. siquidem opposita inter se iuxta collocata magis nota fiunt. (pag. 109.

DE PARTIBVS

Confutatio.

Confutatio diuersa à reliquis argumẽtationib⁹ forma aliqua putanda nõ est: verum & ipsa e numero rerum est ad fidem faciendam sumptarum. Ea constat tum

- Obiectione, ἐνστάσει, idest, resistendo aduersarijs, atq; omnem eorũ conatum impediendo.
- Syllogismo, idest contraria conclusione: quem superiore libro pag. 117. ἀντισυλλογισμὸν appellauit.

(pag. 117.)

Debet autẽ is, q dicit, aut in

- Consultatione
  - Priore loco: si causa aduersarij fuerit
    - Simplex,
      - Primo argumentationes suas explicare.
      - Deinde argumentationibus, quæ aduersantur rationi ipsius ac causæ, occurrere
        - Soluendo.
        - Eleuãdo, idest extenuando.
    - Multiplex, primo illa ipsa diluere, quæ rationi tuæ aduersentur. Vt fecit Callistratus in Messeniaca concione. dissolutis enim ante quàm verbum illi facerent, cunctis, quæ dicturi, qui causæ aduersabantur, erant, postea ipse argumenta sua explicauit.
- Iudicio
  - Posteriore loco, prius contra aduersarij orationem dicere vel
    - Soluendo.
    - Syllogismum opponẽdo.

Quod tunc maxime studiose faciendum est, cum ꝓbata ijs, qui audierũt, fuerint, cum uim & pondus habere ad confirmandũ, quod volunt, existimata sint. Vt enim hominẽ in quem multa cõiecta ꝓbra sint, quique flagret infamia, anim⁹ nõ recipit; sic neque orationem etiã, si aduersarius vere dixisse visus fuerit. oportet igitur sedem comparare in animo auditoris orationi, q̃ à nobis habenda est. Quod fieri nullo modo potest, nisi illinc eijciãtur, quę totũ cum occuparũt, dicta aduersarij. Quare, cũ acriter præliatus fueris aut contra

1. Aduersarij argumẽta ita, vt nullum eorũ, quod non tentes, refellereque conerls, relinquas.
2. Maxime firma grauiaque.
3. Ea, quæ valde probata sint. (quamuis fortasse sine causa tantum illis ab ijs, q audiũt, tribuatur.)
4. Quę facile reprehendi ac confutari possunt.

Tunc tua argumentis cõfirmare, & vt multum valeant ad persuadendum, facere debes. qđ fecit Hecuba apud Menelaũ contra Helenam. Vide Eurip. Troadas, vbi dicit, ταῖς θεαῖσι πρῶτα σύμμαχος γενήσομαι, & quæ sequuntur. In his enĩ primum aggressa est atque confutauit, quod infulsissimum erat, nec magnopere causam Helenæ adiuuabat. Hoc respondet 4. & vltimo.

ORATIONIS.

Morata oratio.

In morata oratione, in qua necesse est dicas vel de

- Te ipso, quod in se habet
  - Inuidiam,
  - Loquacitatem,
  - Obtrectationem,
- Aduersario, quod habet in se
  - Conuicium,
  - Rusticitatem,

Debes

- Inducere alterum dicentem. quod facit
  - Isocrates in
    - Philippo.
    - Antidosi.
  - Archilochus, qui patrem de filia dicentem in Iambo facit: χρημάτων δ' ἄελπτον οὐδέν ἐστιν, οὐδ' ἀπώμοτον.
  - Charon faber in Iambo, cuius initium: οὔ μοι τὰ Γύγεω.
  - Sophocles, qui Aemonem Creontis filium de Antigona cum patre ipso inducit loquentem, perinde ac si alijs loquerentur.
- Enthymemata immutare, & in sententias transferre. Nam, si dicas
  - Eos, qui sapiunt, pactiones facere oportet tūc, cū prospera fortuna vtuntur. sic enim cōditionib. secūdis superiores futuros: Sententia erit. Sententiæ vero tū in
    - narratione
    - probatione
    - conueniunt orationi tum (vide pag. 95)
      - Moratæ. Vt, Ego dedi, quis scirem non esse temere ac cuiuis credendum.
      - Patheticæ. Vt, Non me pœnitet ita fecisse, quis iniquitate iustius magnū dānum fecerim. cū hoc enī quæstus, mecum ius atq; æquum habitat.
    - (vide pag. 93.)
  - Si enim oportet, cum maxime vtilia fœdera sunt, ac valde superiores conditiones eorum reddunt, tunc omnes illa icere: secundis rebus vtentes oportet ipsos fœdera icere: Enthymema erit. quod nihil aliud est, quā demonstratio oratoria. pag. 4.

DE PARTIBVS

Interrogatio.

Interrogationē adhibere tempestiuum est, cum——

1 Aduersarius alteram propositionem partem'ue eius absurdi, quod concludi aduersus eum debet, sponte sua iam pronunciarit: ut si ab eo interrogato altera etiam expressa fuerit, statim efficiatur, quò cum perducere quærebamus, incommodum. (Syllogismus enim duabus eget propositionibus.) Vt Pericles Lamponem de initijs sacrorum deæ Sospitæ percunctatus est. Cum autem Lampon dixisset, ipsum, qui initiatus non erat, audire non posse; interrogauit, num ipse nouisset. cum affirmaret: quo modo, inquit, cum non sis initiatus?

2 Alterum perspicuum fuerit, alterum autem quin concessurus sit, si quis interrogarit, dubium non videatur. Cum enim vnam tantum propositionem interrogaueris, non debes rursus interrogare, quod perspicuum est, sed statim concludere. (Hac posteriore interrogandi ratione concludetur ἐνθυμηματικῶς: vt priore συλλογιστικῶς.) Vt Socrates, cum Melitus negaret ipsum deos esse putare, dixit, num dæmonium aliquod assereret? assentiente autem illo, rogauit: nonne dæmones aut deorum filij, aut diuina res aliqua sunt? aiente illo: est igitur, inquit, qui deorum filios esse putat, deos autem nequaquam.

3 Futurum videmus, vt aduersarius dicat aut
- Sibi ipsi contraria.
- Quę repugnent opinionib. reliquorum.

4 Facultatem non habuerit, qui interrogatur, nisi sophistice respondendi. Nam si ita responderit——
- Esse & non esse,
- Hæc quidem esse, illa vero non,
- Ex aliqua parte quidem esse, ex aliqua vero nō,

conturbantur, vt hæsitantes. aliter autem rem tentare non oportet. si enim ille restiterit, apteq; interrogationi occurrerit; is ipse, qui interrogauit, victus esse existimatur. neque enim multa interrogare propter auditoris infirmitatem licet. quocirca enthymemata quam maxime contrahere conuenit.

Responsio.

In respondendo oportet

1 Ad ambigua respondere, distinguentem illa { Prolixe. / Non concise.

Hoc loco respondetur quarto modo interrogandi.

2 Ad ea, quæ contraria videntur, respondere, dissolutione vtentem illico in responsione ipsa, antequàm qui primum interrogauit, rursus quod reliquum est, interrogare aut concludere posit. nec enim magnum negocium est, prouidere, quanam in re ratio manet. (rationem hic intelligit vim conclusionis.) Verum & hoc, & solutiones fient dilucidæ nobis ex Topicis.

Hoc loco respondetur tertio modo interrogandi.

3 Concludentem aliquo, si conclusionem interrogando confecerit, causam edere facti. Vt

Sophocles (non poeta ille, sed alter in Atheniensium rep. multum versatus) interrogatus à Pisandro, an ipse quoque, vt collegæ ipsius fecerunt, sententia sua confirmasset dominationẽ quadringẽtorum ciuiũ: affirmauit. quid vero, non'ne hæc tibi nefaria fuisse videbatur? id quoque affirmauit Sophocles. non'ne igitur hæc tu nefaria commisisti? sane, inquit ille: nec enĩ alia meliora erant.

Spartiates quidam, qui Ephorus fuerat, rerũq; in eo magistratu administratarum rationẽ reddebat, interrogatus an collegæ ipsius iure supplicio affecti viderẽtur, inficiatus non est. rursusque ita interrogatus, non'ne tu eadẽ, quæ hi, decreuisti? id quoq; affirmauit. non'ne igitur & tu quoq; iure pœna afficiere? minime, inquit ille: collegæ enim mei mercede empti, hæc cõmiserunt: ego pecunia captus non fui, sed consilium meũ secutus sum, &, quæ recta putabam, decreui.

Vt igitur hæc pericula vitemus, nullo pacto interrogare debemus neque { Aliquid post cõclusionem. / Conclusionem ipsam. } nisi cum adeo firmam causam habemus, vt labefactari illam nullo pacto posse sciamus: ac multum denique multũq; superesse nobis veritatis

Hoc loco respondetur primo & secundo modo interrogandi.

ORATIONIS.

Ridicula.

Ridicula, quorum duo sunt genera,

1 Ironia, quæ sui causa ridiculum fingit, ac

2 Scurrilitas, quæ alteriùs causa ridiculum fingit, ac minime

libero homini cõuenit: (id vero, quod sibi aptum est, vnusquisque sumat:)

Vsum in contentionibus habent.

Gorgiæ præcepto

- Aduersariorum seria discutere
- Aduersariorũ, serijs nostris discuti

debent.

Quàm multis generibus contineantur, in præceptis poeticæ dictum est.

DE PARTIBVS

Peroratio.

Peroratio quatuor in rebus consumitur: vt

1 Constituat auditorẽ erga

- Se bene. Quod fiet, si postea quàm se ipsum quispiã argumẽtando veracẽ esse ostẽderit,
  - Se laudet, exornatione adhibita.
  - Se bonũ demõstret aut
    - His.
    - Simpliciter.
- Aduersarium male. Quod fiet, si posteaq̃ aduersarium mendacem esse argumentando ostenderit, cum
  - Vituperet, expoliẽdo.
  - Malũ demõstret aut
    - His.
    - Simpliciter.

Loci ex primo libro petentur.

2 Amplificet, vel deprimat. Oportet autem res, quas amplificare uis, certas ac concessas esse, si, quantæ illæ sint, ac de magnitudine ipsarum recte disputare uis: nam corporum etiam auctio aliter non fit: nec, nisi aliquid iam sit, cui quod apponitur, adhærescere posit,& ea quoque ip sa, quæ adiungi debent, iam maneant, cumulus aliquis vnquam efficietur. Loci autem augendi & extenuandi supra demõstrati sunt libro primo, pag. 24.

3 In affectus auditorem impellat, in

- Misericordiam.
- Indignationem.
- Iram.
- Odium.
- Inuidiam.
- Aemulationem.
- Simultatem &c.

Hi loci ẽ secũdo libro desumẽtur.

4 Memoriã renouet repetendis breuiter argumentorũ capitib⁹, iisq; omnib. quorum p̃sidio rem cõfirmauimus. Enumerationis aũt

- Initium & quasi aditus, ingressioque ipsius erit, quòd quæ pollicitus est, præstitit,& quasi ipsius fides soluta iam est. Quare oportet &
  - Breui repetere ea, quæ expofueris.
  - Quare, idest, q bus argumẽtis vsus ita censueris, docere.
- Hoc aũt fiet vel
  - Ex aduersa collatiõe ad uersarij, vt res argumentaq; collocẽtur vel
    - E regione aut
      - Simpliciter & sine figura. Vt, Hic quidem hæc protulit de hoc negocio: ego vero hęc ipsa,& hac sane de causa.
      - Ex dissimulatione, quam εἰρωνείαν vocant. Vt
        - Hic enim hæc cõmemorauit, ego vero hęc.
        - Quidnam fecisset, si hæc argument s, non hæc ostendisset?
      - Ex interrogatione. Vt, Quid nõ à me cõprobatum est eorum, quæ probãda suscepi? aut hic aduersarius meus quid cõfirmare potuit eorum, q̃ se facillime explicaturũ aiebat?
    - Non ẽ regione, sed tãtum, quãuis in diuersis enumerationis locis, repetantur,&, quæ à te,& quæ ab aduersario de eadẽ re dicta sint, vt argumenta etiam rationesq;, quib. ab utroque confirmata.
  - Naturæ ordinẽ sequendo, vt res scilicet tuas enumeres,&, quæ à te antea longa oratione expositæ sint, breuiter repetas: posteaq; alio quasi initio facto seorsum quæcunq; aduersarij oratione continebantur, si tibi commodum fuerit, enumeres.
- Fini conuenit oratio dissoluta, & nullis copulis vincta, vt peroratio sit, non oratio. Vt, Dixi, audistis, tenetis, iudicate.

Q

P

ORATIONIS.

Peroratio.

Enumerationis non eadem ratio est in

- Exordio. quòd hic res exponi debet, ne ignoret is, qui audit, de quo iudicium existimationemq; facturus est.
- Peroratione. quòd hic repetenda sunt argumenta, eaque omnia, quorum præsidio rem confirmauimus, atque id breuiter, expositisq; tantum capitibus rerum faciendum est.

FINIS.

IN ARISTOTELIS RHETORICAS TABVLAS INDEX.

ORATIONIS.

Exordium.

- Delibera tionum
  - Sumuntur à iudiciali genere. Natura enim hoc genus minime indiget procœmijs. Nam &
    - Auditores, de quo agatur, iam intelligunt.
    - Res ipsa sua sponte procœmio non eget, nisi quando id postulat aut
      - Persona
        - Eius, qui agit, cum crimina illa sunt dissoluenda.
        - Aduersarij, cum in eam crimina sunt inferenda.
        - Auditoris. qui rē ipsam nō, quantam velis, existimet, sed aut
          - Maiorem. quā debemus cōterere.
          - Minorem. quam debemus amplificare.
      - Res ipsa, quę ornatum exigat. Quia nisi eo prędita sint, abrupta videantur. Tale enim Gorgiæ encomium est in Eleos. quia nullo connixu, nulloq; motu ante adhibito confestim orditur: Elis beata ciuitas.
  - Habent locos proprios & tum
    - Reo ad dissoluenda crimina. Dissoluetur autem crimina ab aduersarijs illata, si aut
      - Quæcunq; adiuuant ad delendam ex animis hominum malam de nobis existimationē, adhibuerimus omnia. Nihil enim refert, siue praua illa opinio
        - Sermone alicuius orta sit.
        - Sua sponte excitata sit.
      - Ijs occurramus nō aliter atq; ijs, de quibus controuersia existit, nempe aut
        - Non esse.
        - Non noxium esse,
        - Non huic,
        - Non tantopere.
        - Iniustum non esse,
        - Non valde.
        - Non turpe,
        - Non magnopere.
        - Tales enim res in cōtrouersiam veniūt. Vt Iphicrates aduersus Nausicratem. asseruit enim se fecisse, qd̃ ille dicebat, itemq; nocuisse, verum non iniuste fecisse.
      - Cum inique fecisse quidpiam arguamur, nec factum inficiari aut purgare possimus: compensabimus rem hoc pacto:
        - Si noxium quidpiam alijs fecimus, at id honestum ijsdem fuisse dicemus.
        - Si triste, at vtile, aut aliquid tale.
      - Dicemus cōmissum esse vel
        - Errore.
        - Infortunio.
        - Necessitate. Vt Sophocles cōfessus est ille quidem; se tremere, verum non quemadmodum qui criminabatur, aiebat, vt senex videretur, sed ex necessitate. neque enim se annos octoginta libenrer agere.
      - Compensabimus dānum fine atque vltimo, docebimusq; nos nunquam lædere ipsum in animo habuisse, sed hoc & nō illud quod aduersarius nos fecisse criminatus est, facere voluisse. quòd autem damnum acceperit, casu factum esse. dignos autē nos odio futuros fuisse, si, vt illud efficeretur, id commissum à nobis fuisset.
      - Considerabimus, an calūniator in illis cōtineatur & insit, qui culpā illam admisisse creduntur, aut
        - Nunc.
        - Prius.
        - Ipse.
        - Propinquus eius aliquis.
      - Videbimus, an criminatio eadem cadat in eos, quos omnes minime affines esse crimini illi confitentur. Vt, Si qui immūdus inquinatusq; in primis habetur, adulter, is purus esse intelligitur: & hic atq; ille, qui & ipsi eodem crimine laborabāt, puri esse existimari debent.

ORATIONIS.

Exordium.

Communes ambobus. Vbi hæc seruanda, vt

Accusatori ad inferēda crimina. Quod erit si

Videbimus, an

- Qui nunc nos criminatur, alijs temporibus alios criminatus sit.
- Alius quispiam eosdem illos in crimen vocarit.
- Ijdem illi, quamuis crimen in eos illatum non fuerit, eidem tamen culpæ obnoxij vulgo existimati sint, qua nos premimur, qui tamen postea affines illi non esse declarati sunt.

Contra criminabimur, qui nos criminatur, ac studium potius ponemus in criminando aduersario, quàm in nobis purgandis & quasi ijsdem artificijs illum petemus, quib. ipse nos aggressus sit. Fieri enim non potest, vt, si ipse dignus, cui non credatur, sit, oratio postea ipsius fidem habeat.

Iudicium de ea re iam factum sit. Quo modo Euripides à se periculum depulit. cum enim in iudicio actione'ue, quam ἀντίδοσιν Athenis vocabant, ab Hygiænonte, vt impius, insimularetur, quòd ad periurium cunctos nefarie impellens, hanc vocem ediderat: Iuraui lingua, mentem iniuratam gero: respondit cum iniuste facere, è Liberi patris certaminibus iudicia in curiam comportantem: se enim iampridem illic, vbi debebat, rationem eius sententiæ reddidisse atque dare paratum esse, si nomen suum illic deferre voluerit.

Disputabimus contra calumniam, & ream illam agemus, ostendemusq́; quàm ingens malum sit ipsa, vtque diuersa iudicia constituat.

Rem { Paruam multis / Magnam paucis } uerbis laudando vituperabit.

Multis bonis allatis, id vnum, quod ad rem pertineat, reprehendet. Tales autem sunt, qui callidissimi atque iniquissimi sunt. quia rebus bonis lædere student, ijs malo & vitio aliquo temperandis.

Notas & iudicia quædam afferas, quib. ostendas, quod docere studes. Vt in fabula Teucro inscripta

- Vlysses à nota Teucrum criminatus est, ac fauere reb. Troianorũ insimulauit, cum esset Teucer sanguine coniunctus Priamo. Hesione enim ipsius mater, Priami soror erat.
- Teucer se fidelem esse Græcis, nec Troianorum partes adiuuare, à notis & ipse cōfirmat, quòd { Telamon pater hostis Priami fuit. / Speculatores ad Troiã missos non indicauit.

Cum cōtingit vt eadem res plurium rerũ gratia gesta sit: qui

- Criminatur, eam deprauet in deteriorem partem arripiendo. Vt à Diomede Vlyssem ascitum socium, quòd sciebat illũ solum vt ignauum de gloria secum nõn esse concertaturum.
- Purgat, eam in meliorem partem trahendo ornet. Vt de Vlysse in Diomedis societatem sumpto, quòd Vlyssem omnium optimum intelligebat.

DE PARTIBVS

Narratio.

- Narratio in genere.
  - Demonstratiuo debet esse—
    - 1 Minime continens ac perpetua. cuncta enim eodem ordine, quo facta sunt, exponere, hoc in se vitium habet, quòd ægre memoriæ mandatur id, quod ratione allata probatur in narratione continenti, & quod ordine temporum seruato fit. Quæ oratio simplicior est, vt explicatis rebus profectis à
      - Fortitudine, fortis
      - Sapientia, sapiens
      - Iustitia, iustus
        - esse manifesto intelligitur.
    - 2 Interrupta & in plures partes dissecta. Quæ oratio est—
      - Varia, nec vniusmodi.
      - Non tenuis.
        - cum scilicet statim singulis reb. expositis probatio earũ adhibetur. Hæc enim oratio multiformis est, quæ partim ex narratione, partim ex confirmatione rerum expositarum constat. Siquidem actiones persequi conuenit, ex quibus cõstat oratio. Constat autem oratio partim ex ijs, quæ——
          - Arte carent. Quia qui dicit, actionum auctor non est.
          - Artem habent. cũ orator scilicet aut
            - Probat rem factam esse. Quod fieri debet, cum res illa incredibilis est.
            - Argumẽtatur rẽ esse vel
              - Qualẽ.
              - Quantã.
              - Simul hæc omnia.
    - 3 Eiusmodi, vt nota & omnium sermonib. celebrata facta, non accurate explicare videatur, sed attingere tantummodo illa, vt in memoriam redeant ijs, qui audiunt. Vt in laudando——
      - Achille, cuius res gestæ notæ sunt, debet illis, vt planis certisque sine vlla narratione ad Achillem ornandum vti.
      - Critia, cuius recte facta ignota sunt, cuncta diligenter narrare debemus.

Narratio.

Iudiciali

- 1 Breuis esse debet secundum nonnullos, sed ridiculè. Quemadmodum pistori quidam subigenti panem, percunctantiq; durum an mollem subigeret? acute respondit: quid? bene omnino subigere non licet? Assentior tamen——
- 2 Ne sit prolixa, vt neque
  - Prooemia,
  - Probationes.
  - Sed neq; hic quoq; virtus ipsa sita est, aut scilicet in
    - Breuitate,
    - Cōcisione,
    - sed vt-
- 3 Mediocritatem seruet. Hoc autem est ea dicere, quæ
  - Rem declarent.
  - Adducāt ad opinandum rem-
    - Factam esse.
    - Læsisse.
    - Iniuria lęsisse.
    - Tantam esse, quantam videri tibi cōmodum est.
    - Aduersario vero contraria eorum, quæ exposita sunt, accommodata erunt.
- 4 Nonnulla sparsa habeat, quæ
  - Declarent
    - Probitatem tuam. Vt: Ego sane nunquam destiti monere, quod æquum iustumq; esse sentiebam, ne filios desereret.
    - Aduersarij improbitatem. Vt, Hic vero nō dubitauit respondere: vbicunque terrarum ipse erit, alios sibi filios fore. (id qđ Aegyptios deficiētes respōdisse prodit Herodotus.)
    - Hoc aūt
      - Statim etiā in initio
      - Clam
      - faciēdum. Quod quàm facile sit, ex ijs, q nunciāt, cognoscendū est. quas enim res penitus ignoramus, de ijs tamen aliquam suspicionē concipimus.
  - Iudicibus iucunda sint.
- 5 Quæ est defensoris, debet——
  - Esse minor. Resistet autem accusationi, disceptabitq; de his rebus. Aut enim dicet——
    - Factum non esse.
    - Noxium nō esse.
    - Iniustum nō esse.
    - Non tantum esse, quātum ab accusatore dicatur.
    - Hinc etiam status erui possunt, vt lib. 1. pag. 25. 37. 38.
  - In reb. certis concessisq; eiusmodi esse, vt in ea diu manere ac tempus conterere non oporteat, nisi ad aliquid eorum, quæ tradita supra sunt, res tendat. Vt, si factum fateris, non iniustum id esse demonstrare possis.
  - Dicere à se facta, quęcunque nisi facta fuissent, in animis iudicum mouere potuissēt
    - Misericordiam
    - Indignationem
    - Vt
      - Alcini apologus, q apud Penelopen versibus sexaginta confectus est.
      - Phayllus circum.
      - Qui est in Oeneo prologus.

DE PARTIBVS

Narratio.

- 6 Morata ſit. in qua & —
  - Cōſiderabimus eorum, de quibus agemus, in ipſorū factis
    - Finem.
    - Electionem.
    - Mores
      - Bonos.
      - Malos.
    - Atque hæc cauſa eſt, cur Mathematici ſermones nullos mores habeant, quod ab omni ſunt electione vacui. neq; enim finem vllum ſibi proponunt. Socratici autem ſermones mores habent, agunt enim de reb. quæ alicuius gratia fiunt.
  - Dicemus
    - Quæ vnicuique naturæ & ingenio comitantur: Vt, Dum hæc diceret, incedebat: ac nihilo minus inſtitutum iter propere faciebat. Declaratur enim per hæc verba audacia quædam & agreſte hominis ingenium.
    - Non ex induſtria & iudicio (μὴ ὡς ἀπὸ διανοίας) ſed acutis ſententijs orationem, ad idque, quod volumus, probandum appoſitis ornabimus. Hoc enim prudentis hominis eſt, qui ſectetur vtilitatem.
    - Ex voluntate & propenſione animi (ὡς ἀπὸ προαιρέσεως) hoc eſt, ſimplicius loquemur, ac, quæ res impulerint nos ad agendum, aperiemus. Vt ſi dicamus: Equidem volebam, & ſtatuebam, hoc facere, relicta ſpretaq; vtilitate omni: &, quamuis rem mihi conducere non poſſe intelligerem, tamen deterritus non ſum, æquoque animo res inde meas deteriores fieri patior, vt officio non deſim. Hoc vero probi hominis eſt, qui ſectetur honeſtum.
    - Si quidpiam proferimus, quod fide careat, cauſam illius incredibilis. Cuius rei exemplum nobis Sophocles ſuppeditat ex Antigona, quòd fratrem cariorem haberet, quàm maritum aut liberos: nam eos etiam ſi perierint, affuturos. matre vero aut patre mortuis, frater nunquam poterit exoriri.
    - Si incredibile quidpiam narrauerimus, nec eius cauſam afferre potuerimus, nos intelligere, quòd exponimus ea, quæ omnem fidem ſuperant: verum nos ita natura factos eſſe. non enim facile crederet multitudo, nos quidpiam geſsiſſe non vtilitates noſtras ſecutos.

Narratio.

7 Pathetica sit. hoc est ex ijs, quæ afficiendi uim habent, dicere narrãtem, quæ
- Consequuntur.
- Nota sunt ijs, qui audiunt.
- Adsunt propriæ aut —
  - Ipsi, qui dicit.
  - Aduersario.
  - Vt
    - Ille vero me respiciens abijt.
    - De Cratylo Aeschines, quòd exibilans & manib. explodens.
    - Ex Homero plurima: Sic ait: ast anus manus faciei obtẽdit. Qui enim lacrymare incipiunt, oculos attrectant.
  - Magnam enim persuadendi uim habent. quia hæc ipsa, quæ tenent, compertaq; habent, notæ sunt rerum abditarum, & quas ignorant. sciunt autem, quia viderunt, contumaciter inambulantem, sibiloque ac strepitu honestos viros consectantem. nesciebant tamen antea superbum eum ac petulantem esse. qui ipsius animi motus ex notis & indicijs illis perspecti sunt.

8 Habet
- Plura loca in oratione.
- Sæpe nullum in principio.

Deliberatiuo
- Nullum locum habet. quia de rebus futuris narrat nemo.
- Si locum habet, rerum præteritarum erit, ut earum recordati melius deliberent etiam de futuris, aut
  - Criminando.
  - Laudando.
  - Verum tunc suasoris munere non funguntur.
- Si fide careat, polliceri debes te & —
  - Causam illico totius rei redditurum esse.
  - Stare velle iudicio eorum, quorum ipsis visum fuerit, ipsorumq; arbitrio rem permissurum. Vt Aemon ille apud Sophoclem Creontis Thebarum regis filius, cum salutem vxoris Antigonæ contra patrem enixe tueretur, tamen ostendebat se in eius potestate fore, ac, quicquid ei visum foret, facturum.

DE PARTIBVS

Confirmatio.

- Probationes, quas demõstratiuas esse oportet, sunt in genere
  - Iudiciali
    - Cum de facto controuersia est. in qua necesse est, alterutrum improbum esse, aut
      - Qui inficiatur, cum id se fecisse neget, quod à se factũ optime sciat.
      - Accusatorẽ, qui falsum crimen obijciat.
    - Cum nos non nocuisse dicimus.
    - Cum non tantopere nocuisse nos dicimus.
    - Cum iure factum esse à nobis dicimus.
      - Quęcunque harũ quæstionum inciderit, in ea potissimum immorandũ est, ĩ qua tota causa vertitur, & de qua oĩs cõtrouersia est cũ aduersario, nõ autẽ in alia.
        - Iudiciale gen⁹ &
          - Facilius est Deliberatio, quia
            - Agit de ijs, quæ aut
              - Sunt.
              - Non sunt.
                - Cuius rei magis demõstratio necessitasque est. Quod enim factũ est, necessitatem in se iam habet.
            - Habet legem, quæ est tanquam solum & fundamentum argumẽtationum, ac principij deniq; uim in illis rebus habet. Qui autem principium tenet, nullo negocio demonstrationẽ inueniet.
          - Enthymemata habet. q̃ tamẽ
            - Non sunt ponenda deinceps, vt aliud, nulla re interposita, aliud sequatur.
            - Sunt temperãda alijs ꝓbationib⁹, rebusq;, q̃bus corpus orationis cõflatur, permiscenda.
              - Quod qui non seruabit, posteriorib. argumentis uim priorum infringet: ita enim collocata argumenta mutuo se impediũt ac labefactãt. Est enim & terminus quidam, quem transilire non oportet, argumentorum multitudinis. Vt Menelaus Pisistrato Nestoris filio: O care mihi adolescens: amo enim te, quia tot dixisti, quot prudentia prǫditus vir & diceret & faceret. Non enĩ dixit, huiuscemodi aut talia, sed tot, ut, qui cognosceret, multitudine quoq; sententiarum peccari posse, nec tãtum qualitate.
            - Ad res omnes non sunt adhibenda. Quę enim sua ui satis planę notæq; sunt, eas argumẽtis confirmare necesse non est. Qui autem hoc non seruabunt, in idem vitium incidẽt, quo tenentur nonnulli studijs sapientiæ dediti, qui syllogismos adhibent ad ea, quę notiora ac certiora sunt, quàm illa, quæ sumunt, quorumq; prǫsidio ad ea illustranda vtuntur.
            - Non sunt ꝓferẽda tunc, cum orator vult aut
              - Commouere acꝑ turbare animos iudicũ. Enthymema enim, tunc aut
                - Ejicietur extrudetq; turbidũ, illum motũ ex aĩo iudicis. Cõmotiones enĩ se mutuo aut
                  - Exturbãt, nec simul in eadẽ sede manere possunt. q̃ enĩ prior locũ occupauit, à posteriore superueniẽteq; extrudĩtur.
                  - Se cõficiũt delentq;.
                  - Infirmant & imbecilles reddunt.
                    - Cõmouere aũt animum non πάθη solũ, sed Enthymemata quoq; declarauit ipse in primo horũ librorũ, cũ inq̃t orationes, q̃ Enthymematib. cõstarent, magis θορυβοῦσθαι: q̃uis non eadem animi pars moueri illis videatur, Excitatur enim rationis
                      - Particeps, argumentis.
                      - Expers, affectib.
                - Frustra prolatum atque emissum erit.
              - Moratam orationem adhibere, & oratione mores exprimere
                - Suos.
                - Alienos.
                  - Demonstratio enĩ nõ habet
                    - Mores.
                    - Electionem,

ORATIONIS.

Confirmatio.

- Deliberatiuo, cum
  - Contēdimus res illas ita, ut q. ante sentētiam dixit, censuit, aut
    - Non futuras.
    - Futuras quidē, sed nō
      - Iustas esse.
      - Vtiles esse.
      - Tantas vtilitates in se habere, quantas ille affirmarit.
  - Ostendimus eum, qui ante concionatus est, falsi aliquid protulisse, quamuis ad rem, de qua tunc deliberatur, id mendacium non pertineat. nam argumenta hæc esse creduntur, quòd in alijs etiā mentitur, nec fide dignus est.
  - Afferimus exempla. Deliberatio enim fit de reb. futuris. quare ad eas confirmandas ex præteritis, iamq; factis reb. exempla ducere oportet.
  - Deliberatiuum genus difficilius est Iudiciali, quia
    - De reb. futuris, non de præteritis, ut Iudiciale, agit. Præterita autem nosse etiā vates possunt, ut Epimenides Cres. is enim non res futuras tenere se ac prædicere alijs posse præ se ferebat, sed factas iam, obscuras tamen, & quæ à ceteris non viderentur.
    - Nō multa diuerticula habet. Vt
      - Dicere
        - Cōtra aduersariū.
        - De se ipso.
      - Perturbationem in animis iudicum concitare.
      - Quorum nihil huiuscemodi licet ei, q deliberat, attingere, nisi è munere suo exierit, & alienas partes tractare voluerit. Cui ergo copia nō suppetit, is id facere debet, qđ Athenis faciunt oratores, præsertim Isocrates, qui suadendo accusat, vt Lacedæmonios in Panegyrica, Charetem in Sociali, q nunc περὶ εἰρήνης inscribitur.
- Demonstratiuo
  - Amplificatio. cum facta credi oportet ab ijs, q audiunt. Ea est rerum
    - Honestarū.
    - Vtilium.
    - Vt orationem autem augeamus, debem' eā ἐπεισοδίοις ἐπαίνοις, hoc est, Laudes in aliquos adiūgendo, grandiorem facere. quod
      - Isocrates facit. semper enim aliquem inducit, cuius laudes persequendo, dignitatem ac magnitudinē orationi adiūgat.
      - Gorgias dicebat. qui aiebat sibi haudquaquam orationē deesse posse. Si enim de Achille dicat, laudat
        - Peleum patrē.
        - Aeacum auum.
        - Iouem proauū.
        - Fortitudinem.
        - attingendo aut
          - Hoc.
          - Illud.
  - Argumentatio, cum res, quæ narrātur,
    - Incredibiles videntur.
    - Ab alijs factæ fuisse videntur.
    - Quòd si Argumentationes
      - Suppeditarint, debes &
        - Orationi mores aspergere,
        - Orationē fulcire argumētis,
        - diuersis tamen temporibus.
      - Defecerint, totū te ad mores conferas oportet. Aequo enim ac bono viro magis congruit, probum ipsum videri, quàm orationem ipsius exquisitam. Nam
        - Probum virum mores in oratione expresi declarant. Vide pag. 161.
        - Orationem exquisitam facit copia enthymematū. quorum quæ sunt ἐλεγκτικά, magis probant, quàm quæ directo aliquid confirmant. quia quæ refellunt, syllogismo cōclusa esse apertius est. siquidem opposita inter se iuxta collocata magis nota fiunt. (pag. 109.

DE PARTIBVS

Confutatio.

- Confutatio diuersa à reliquis argumétationib⁹ forma aliqua putanda nō est: verum & ipsa e numero rerum est ad fidem faciendam sumptarum. Ea constat tum (pag. 117.)
  - Obiectione, ἐνςάσει, idest, resistendo aduersarijs, atq; omnem eorū conatum impediendo.
  - Syllogismo, idest contraria conclusione: quem superiore libro pag. 117. ἀντισυλλογισμὸν appellauit.
- Debet autē is, q dicit, aut in
  - Consultatione
    - Priore loco si causa aduersarij fuerit
      - Simplex,
        - Primo argumentationes suas explicare.
        - Deinde argumentationibus, quæ aduersantur rationi ipsius ac causæ, occurrere
          - Soluendo.
          - Eleuādo, idest extenuando.
      - Multiplex, primo illa ipsa diluere, quæ rationi tuæ aduersentur. Vt fecit Callistratus in Messeniaca concione. dissolutis enim ante quàm verbum illi facerent, cunctis, quæ dicturi, qui causæ aduersabantur, erant, postea ipse argumenta sua explicauit.
    - Posteriore loco, prius contra aduersarij orationem dicere vel
      - Soluendo.
      - Syllogismum opponēdo.
        - Quod tunc maxime studiose faciendum est, cum pbata ijs, qui audierūt, fuerint, cum uim & pondus habere ad confirmandū, quod volunt, existimata sint. Vt enim hominē in quem multa cōiecta pbra sint, quique flagret infamia, anim⁹ nō recipit; sic neque orationem etiā, si aduersarius vere dixisse visus fuerit. oportet igitur sedem comparare in animo auditoris orationi, q̃ à nobis habenda est. Quod fieri nullo modo potest, nisi illinc eijciātur, quę totū eum occuparūt, dicta aduersarij. Quare, cū acriter præliatus fueris aut contra
          - 1 Aduersarij argumēta ita, vt nullum eorū, quod non tentes, refellereque conerls, relinquas.
          - 2 Maxime firma grauiaque.
          - 3 Ea, quæ valde probata sint. (quamuis fortasse sine causa tantum illis ab ijs, q audiūt, tribuatur.)
          - 4 Quę facile reprehendi ac confutari possunt.
            - Tunc tua argumentis cōfirmare, & vt multum valeant ad persuadendum, facere debes. qđ fecit Hecuba apud Menelaū contra Helenam. Vide Eurip. Troadas, vbi dicit, ταῖς θεαῖσι πρῶτα σύμμαχος γενήσομαι, & quæ sequuntur. In his enī primum aggressa est atque confutauit, quod in sulsissimum erat, nec magnopere causam Helenæ adiuuabat. Hoc respondet 4. & vltimo.
  - Iudicio

ORATIONIS.

Morata oratio.

- In morata oratione, in qua necesse est dicas vel de
  - Te ipso, quod in se habet
    - Inuidiam,
    - Loquacitatem,
    - Obtrectationem,
  - Aduersario, quod iabet in se
    - Conuicium,
    - Rusticitatem,
  - Debes
    - Inducere alterum dicentem. quod facit
      - Isocrates in
        - Philippo.
        - Antidosi.
      - Archilochus, qui patrem de filia dicentem in Iambo facit: χρημάτων δ᾽ ἄελπτον οὐδέν ἐστιν, οὐδ᾽ ἀπώμοτον.
      - Charon faber in Iambo, cuius initium: οὔ μοι τὰ Γύγεω.
      - Sophocles, qui Aemonem Creontis filium de Antigona cum patre ipso inducit loquẽtem, perinde ac si alijs loquerentur.
    - Enthymemata immutare, & in sententias transferre. Nam, si dicas
      - Eos, qui sapiunt, pactiones facere oportet tũc, cũ prospera fortuna vtuntur. sic enim cõditionib. serẽdis superiores futuros: Sententia erit. Sententiæ vero tũ in (vide pag. 93.)
        - Narratione
        - Probatione
        - conueniunt orationi tum (vide pag. 95)
          - Moratæ. Vt, Ego dedi, q̃uis scirem non esse temere ac cuiuis credendum.
          - Patheticæ. Vt, Non me pœnitet ita fecisse, q̃uis iniquitate iustius magnũ dãnum fecerim. cũ hoc enĩ quæstus, mecum ius atq; æquum habitat.
      - Si enim oportet, cum maxime vtilia fœdera sunt, ac valde superiores conditiones eorum reddunt, tunc omnes illa icere: secundis rebus vtentes oportet ipsos fœdera icere: Enthymema erit. quod nihil aliud est, quã demonstratio oratoria. pag. 4.

DE PARTIBVS

Interrogatio.

Interrogationē adhibere tempestiuum est, cum ——

1 Aduersarius alteram propositionem partem'ue eius absurdi, quod concludi aduersus eum debet, sponte sua iam pronunciarit: ut si ab eo interrogato altera etiam expressa fuerit, statim efficiatur, quò eum perducere quærebamus, incommodum. (Syllogismus enim duabus eget propositionibus.) Vt Pericles Lamponem de initijs sacrorum deæ Sospitæ percunctatus est. Cum autem Lampon dixisset, ipsum, qui initiatus non erat, audire non posse; interrogauit, num ipse nouisset. cum affirmaret: quo modo, inquit, cum non sis initiatus?

2 Alterum perspicuum fuerit, alterum autem quin concessurus sit, si quis interrogarit, dubium non videatur. Cum enim vnam tantum propositionem interrogaueris, non debes rursus interrogare, quod perspicuum est, sed statim concludere. (Hac posteriore interrogandi ratione concludetur ἐνθυμηματικῶς: vt priore συλλογιστικῶς.) Vt Socrates, cum Melitus negaret ipsum deos esse putare, dixit, num dæmonium aliquod assereret? assentiente autem illo, rogauit: nonne dæmones aut deorum filij, aut diuina res aliqua sunt? aiente illo: est igitur, inquit, qui deorum filios esse putat, deos autem nequaquam.

3 Futurum videmus, vt aduersarius dicat aut
- Sibi ipsi contraria.
- Quę repugnent opinionib. reliquorum.

4 Facultatem non habuerit, qui interrogatur, nisi sophistice respondendi. Nam si ita responderit ——
- Esse & non esse,
- Hæc quidem esse, illa vero non,
- Ex aliqua parte quidem esse, ex aliqua vero nō,

conturbantur, vt hæsitantes. aliter autem rem tentare non oportet. si enim ille restiterit, apteq; interrogationi occurrerit; is ipse, qui interrogauit, victus esse existimatur. neque enim multa interrogare propter auditoris infirmitatem licet. quocirca enthymemata quam maxime contrahere conuenit.

ORATIONIS.

Reſponſio.

1 Ad ambigua reſpondere, diſtinguentem illa
- Prolixe.
- Non conciſe.

Hoc loco reſpondetur quarto modo interrogandi.

2 Ad ea, quæ contraria videntur, reſpondere, diſſolutione vtentem illico in reſponſione ipſa, antequàm qui primum interrogauit, rurſus quod reliquum eſt, interrogare aut concludere poſsit. nec enim magnum negocium eſt, prouidere, quanam in re ratio manet. (rationem hic intelligit vim concluſionis.) Verum & hoc, & ſolutiones fient dilucidæ nobis ex Topicis.

Hoc loco reſpondetur tertio modo interrogandi.

In reſpondendo oportet

3 Concludentem aliquo, ſi concluſionem interrogando confecerit, cauſam edere facti. Vt
- Sophocles (non poeta ille, ſed alter in Athenienſium rep. multum verſatus) interrogatus à Piſandro, an ipſe quoque, vt collegæ ipſius fecerunt, ſententia ſua confirmaſſet dominationē quadringētorum ciuiū: affirmauit. quid verò, non'ne hæc tibi nefaria fuiſſe videbatur? id quoque affirmauit Sophocles. non'ne igitur hæc tu nefaria commiſiſti? ſane, inquit ille: nec enī alia meliora erant.
- Spartiates quidam, qui Ephorus fuerat, rerūq; in eo magiſtratu adminiſtratarum rationē reddebat, interrogatus an collegæ ipſius iure ſupplicio affecti viderētur, inficiatus non eſt. rurſusque ita interrogatus, non'ne tu eadē, quæ hi, decreuiſti? id quoq; affirmauit. non'ne igitur & tu quoq; iure pœna afficiere? minime, inquit ille: collegæ enim mei mercede empti, hæc cōmiſerunt: ego pecunia captus non fui, ſed conſilium meū ſecutus ſum, &, quæ recta putabam, decreui.

Vt igitur hæc pericula vitemus, nullo pacto interrogare debemus neque
- Aliquid poſt cōcluſionem.
- Concluſionem ipſam.

niſi cum adeo firmam cauſam habemus, vt labefactari illam nullo pacto poſſe ſciamus: ac multum denique multūq; ſupereſſe nobis veritatis

Hoc loco reſpondetur primo & ſecundo modo interrogandi.

ORATIONIS.

Ridicula.

Ridicula, quorum duo sunt genera,

1 Ironia, quæ sui causa ridiculum fingit, ac

2 Scurrilitas, quæ alterius causa ridiculum fingit, ac minime

libero homini cō uenit: (id vero, quod sibi aptum est, vnusquisque sumat:)

Vsum in contentionibus habent.

Gorgiæ præcepto

- Aduersariorum seria discutere
- Aduersariorū, serijs nostris discuti

debent.

Quàm multis generibus contineantur, in præceptis poeticæ dictum est.

DE PARTIBVS

Peroratio.

Peroratio quatuor in rebus consumitur: vt

1 Constituat auditorē erga

- Se bene. Quod fiet, si postea quàm se ipsum quispiā argumētando veracē esse ostēderit,
  - Se laudet, exornatione adhibita.
  - Se bonū demōstret aut
    - His.
    - Simpliciter.
- Aduersarium male. Quod fiet, si posteaq̄ aduersarium mendacem esse argumentando ostenderit, cum
  - Vituperet, expoliēdo.
  - Malū demōstret aut
    - His.
    - Simpliciter.

Loci ex primo libro petentur.

2 Amplificet, vel deprimat. Oportet autem res, quas amplificare uis, certas ac concessas esse, si, quantæ illæ sint, ac de magnitudine ipsarum rectè disputare uis: nam corporum etiam auctio aliter non fit: nec, nisi aliquid iam sit, cui quod apponitur, adhærescere posit, & ea quoque ipsa, quæ adiungi debent, iam maneant, cumulus aliquis vnquam efficietur. Loci autem augendi & extenuandi supra demōstrati sunt libro primo, pag. 24.

3 In affectus auditorem impellat, in

- Misericordiam.
- Indignationem.
- Iram.
- Odium.
- Inuidiam.
- Aemulationem.
- Simultatem &c.

Hi loci ē secūdo libro desumētur.

4 Memoriā renouet repetendis breuiter argumentorū capitib⁹, iisq; omnib. quorum p̄sidio rem cōfirmauimus. Enumerationis aūt

- Initium & quasi aditus, ingressioque ipsius erit, quòd quæ pollicitus est, præstitit, & quasi ipsius fides soluta iam est. Quare oportet &
  - Breui repetere ea, quæ expofueris.
  - Quare, idest, q bus argumētis vsus ita censueris, docere.
- Hoc aūt fiet vel
  - Ex aduersa collatiōe aduersarij, vt res argumentaq; collocētur vel
    - E regione aut
      - Simpliciter & sine figura. Vt, Hic quidem hæc protulit de hoc negocio: ego vero hęc ipsa, & hac sane de causa.
      - Ex dissimulatione, quam εἰρωνείαν vocant. Vt
        - Hic enim hæc cōmemorauit, ego vero hęc.
        - Quidnam fecisset, si hæc argumentis, non hæc ostendisset?
      - Ex interrogatione. Vt, Quid nō à me cōprobatum est eorum, quæ probāda suscepi? aut hic aduersarius meus quid confirmare potuit eorum, q̄ se facillime explicaturū aiebat?
    - Non ē regione, sed tātum, quāuis in diuersis enumerationis locis, repetantur, &, quæ à te, & quæ ab aduersario de eadē re dicta sint, vt argumenta etiam rationesq; quib. ab utroque confirmata.
  - Naturæ ordinē sequendo, vt res scilicet tuas enumeres, &, quæ à te antea longa oratione exposita sint, breuiter repetas: posteaq; alio quasi initio facto seorsum quæcunq; aduersarij oratione continebantur, si tibi commodum fuerit, enumeres.
- Fini conuenit oratio dissoluta, & nullis copulis vincta, vt peroratio sit, non oratio. Vt, Dixi, audistis, tenetis, iudicate.

IN ARISTOTELIS RHETORICAS TABVLAS INDEX.

A

B

C

Mixide-

Res

FINIS.

Errata corrigenda.

Pag. 4. *In fine.* Magnitudine & exiguitate rerum (90) vel — { Simpliciter / Per comparationem }

12. Eandem enim seruat rationem exuperantia

21 num. 18. iustum est. quod autem iustum,

23 num. 32. honore dignum sua ui dicendum est.

29 num. 10. ipsius laudis gratia negligunt.

30 num. 11. nisi qui eo delectatur.

31 num. 28. omnes homines sui amatores ac studiosos;

37 patefit sensus animi & electio

38 decoratur. Vt — { Bene de se merito { Gratiam / Beneficium } / Esse pronũ }

43 Naturale enim est. Lege, Natura enim tale est.

47 habent, nec omnino abijcienda sunt,

47 bona digna ducimus, de quibus curas suscipiamus,

57 num. 19. Eos qui non norunt mala

58 num. 24 Quod ni fit, idẽ quoq;, qđ superius, accidit.

60 Quos homines,

64 Alicuius res — — — — }

65 Dolentis vicem — — — — } Sunt enim adulationis indicia.

68 Aliquis nobis commodauerit.

70 num. 2. ornatosq; existimare, (est enim & ipsum non paruum bonum) quòd

70 num. 5. totiq; in salute nostra procuranda occupati sumus. Nimius igitur metus eijcit exturbatq; misericordiam.

70 num. 2. Quæ pdẽdi uim habẽt, & ἀναιρετικὰ sunt, ut

74 Stomachosiores hi solent esse,

92 num. 4. Collocantur post Enthymemata,

101 num. 7. trãsmittere illum cum suis copijs per agrum suum non sinent.

104 num. 13. Vt Aristippus cũ Platonis cõtumaciã accusare vellet,

121 num. 3. *In fine.* Rhythmus, i. numerus.

134 num. 2. *in, Alter vero Paan.* μετὰ δὲ γᾶν ὕδατά τ' ὠκεανὸν ἠφάνισε νύξ.

137 num. 3. In qua sunt huiusmodi orationis elegantiæ concinnitatesq;.

142 *in Marocles.* αὐτὸν δὲ ἐπὶ δεκάτων.

145 num. 1. Scriptionum. Quod est silere non cogi,

148 num. 1. Rẽ antea exponit; vt postea cõfirmet, exponit.


153 Notas, & indicia quædam afferas,

161 Perinde ac si alij loquerentur.


TABVLAE RAPHAELIS CYLLENII ANGELI.

Quibus Demetrij Phalerei de Elocutione liber dilucide & accurate explicatur.

Accessit Index, & Græcarum vocum interpretatio.



CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS.

Apud Iordanum Zilettum, & socios. M. D. LXXI.

PARTITIONVM TABVLAE LIBRI DEMETRII PHALEREI DE ELOCVTIONE.



In oratione considerantur tria

- 1 Ambitus, περίοδος, quæ est coagmentatio ex
  - Membris.
  - Incisis.
  - Latius vide quæ nam sint eius
    - Definitio pag. 2
    - Locutio pag. 2
    - Genera pag. 3
    - Membra pag. 3. 4
    - Incisa pag. 7
- 2 Enthymema, si est (nam semper non est.) Inter quod & periodum quænam sit
  - Differentia
  - Similitudo
  - vide pag. 7
- 3 Nota, siue forma, χαρακτήρ. Sunt autem secundum
  - Demetrium veræ ac germanæ quatuor.
    - 1 Tenuis, ἰσχνός. non miscetur cũ magnifica. pag. 29.
    - 2 Magnifica, μεγαλοπρεπής. non miscetur cum tenui. pag. 8.
    - 3 Ornata, γλαφυρός. miscetur & cum tenui, & cum magnifica. pag. 21.
    - 4 Grauis, δεινός. miscetur & cum tenui, & cum magnifica. pag. 37.
    - Quib. vicinæ sunt totidem vitiosæ notæ.
      - 1 Arida, ξηρός. pag. 36.
      - 2 Frigida, ψυχρός. pag. 19.
      - 3 Mala affectatio, κακόζηλος. pag. 28.
      - 4 Inuenusta, ἄχαρις. pag. 44.
  - Alios duæ tãtum
    - Tenuis.
    - Magnifica.

Periodus,

in qua considerantur

Definitio. 1 — Locutio. 2 — Genera. 3 — Membra. 4 — Incisa. 5

1

Periodus est secundum

- Demetrium, coagmentatio tum ex
  - Mēbris
    - Vno.
    - Duob.
    - Trib.
    - Quatuor ad summū

    uolubilib. ad sententiam, quæ subest adæquata. ceu Μάλιστα μὲν ἕνεκα τοῦ νομίζειν συμφέρειν τῇ πόλει λελύσθαι τὸν νόμον: εἶτα καὶ τοῦ παιδὸς ἕνεκα, τοῦ Χαβρίου, ὡμολόγησα τούτοις, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, συνερεῖν. Hæc enim periodus ex trib. membris existens, flexionem quandam & conuersionem habet in fine.
  - Incisis.
- Aristotelem, dictio principium habens & finem. Qui valde pulchre & decenter ipsam definijt. ilico enim qui periodum dicit, patefacit quod alicunde inceptum est, & desinere facit, & fertur ad aliquem finem, quemadmodum cursores cum missi fuerint. etenim vnà cum illorum initio cursus apparet & finis. hinc & periodus appellata est, similis visa vijs rotundis & quæ ambitum conficiant. Ad summam enim nihil aliud periodus est, nisi certa quædam compositio verborum. quæ si soluatur, & aliter componatur, res quidem manebunt eædem, periodus autem non erit, ceu si prædicta aliquis Demosthenis periodo euersa sic aliquo modo dicat: Συνερῶ τούτοις ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι: φίλος γάρ μοί ἐστιν ὁ υἱὸς Χαβρίου: πολὺ δὲ μᾶλλον τούτου ἡ πόλις, ᾗ συναγορεύειν με δίκαιόν ἐστιν; non enim amplius periodus vlla in parte visitur.

2

In periodis alia locutio est

- Tortuosa, κατεστραμμένη, ceu quæ periodis constat. quemadmodum est illa Isocratis scriptorū, & Gorgiæ, & Alcidamantis. totæ enim periodis continentib. conflatæ sunt, non minus atque Homeri poesis hexametris. Similia igitur sunt periodorum membra lapidib. fulcientib. rotunda tecta & illa cōtinentibus. Atque hæc locutio Phidiæ operib. similis est, habens quiddam amplum & exquisitum simul.
- Diuisa, & quasi dijuncta ac dissipata, διῃρημένη. quæ in membra soluta est, nō valde inter se apta: vt Hecatæi, & plurima Herodoti, & demum prisca omnis exemplum ipsius: Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθεῖται. τάδε γράφω, ὥς μοι ἀληθέα δοκέει εἶναι. οἱ γὰρ Ἑλλήνων λόγοι πολλοί τε καὶ γελοῖοι, ὡς ἐμοὶ φαίνονται, εἰσίν. tanquam enim coaceruata membra illa videntur, ac temere coniecta, & non habentia communem iuncturam, neque mutuam fulturam, neque sibi opem vllam ferentia: quæ omnia sunt in periodis. Locutionis autem dissolutæ membra similia sunt iactis prope solum lapidib. & non constructis. Vnde & edolatum habet quiddam superior vetusq; locutio, & leue. quēadmodum & vetera simulachra, quorum ars videbatur contractio & tenuitas.

Probo autem ego neq; periodis his totam orationem cōnectere, vt est Gorgiæ oratio: neque dissolutam esse totam, vt sunt prisca: verum mixtam esse potius ex ambobus. sic enim & arte fabricata oratio erit, & simplex simul, & ex vtrisque iucunda. & neque vulgaris, neque valde exquisita. Eorum autem, qui crebras periodos dicunt, neque etiam capita facile stant, vt in vinolentis: &, qui audiunt, nauseant, quia alienum id est à persuadendo: quando etiam edunt fines periodorum, cum prouideant illos, & prius clamitant.

Periodus.

3 Periodorum genera tria

1 Historica, quæ neque circumacta, neque remissa vehementer, sed in medio ambarum, vt neque oratoria videri posſit, & aliena à persuadendo propter circumactionem: honestatemq; habens & historicum ex simplicitate: ceu hæc ipsa, Δαρέου καὶ Παρυσάτιδος γίνονται, vsque ad, Νεώτερος δὲ Κῦρος. Solidæ enim cuidam, & firmæ terminationi videtur similis ipsius clausula.

2 Oratoria, cuius contorta forma & circularis, & quæ egeat rotundo ore & manu, quæ vnà cum numero circumagatur: ceu huius, Μάλιστα μὲν ἕνεκα τοῦ νομίζειν συμφέρειν τῇ πόλει λελύσθαι τὸν νόμον: εἶτα καὶ τοῦ παιδὸς ἕνεκα τοῦ Χαβρίου ὡμολόγησα τούτοις, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, συνερεῖν. Ferme enim illico à principio periodus huiuſcemodi contortum quiddam habet, & quod ostendit, quod nullo modo desineret in simplicem finem.

3 Dialogica, quæ adhuc remiſſa & ſimpliciter historica, & vix ostendens, quod periodus est: quemadmodum talis, Κατέβην χθὲς εἰς τὸν Πειραιᾶ, vsque ad, Ἅτε νῦν πρῶτον ἄγοντες. Iacta enim sunt inuicem aliud super aliud membra, quemadmodum in dissoluta oratione, & cum desierimus, vix intelligemus in fine, quòd id quod dicitur periodus est. opórtet enim in medio distinctæ & contortæ locutionis dialogicam periodum scribi, & mixtam esse similiter ambabus.

4 Membri definitio secundum

- Aristotelem. Membrum est altera pars periodi. Fit autem & simplex periodus.
- Archedemum. Membrum est siue
  - Simplex periodus.
  - Compositæ periodi pars.

Periodus.

4

Membra, κῶλα, quæ, quemadmodum poesis diuiditur metris, ceu semimetris, vel hexametris, vel alijs, sic & ipsa mentis interpretationem, quę oratione fit, diuidunt, & distingunt, tanquam sedantia orationem, quæ is desinunt ipsa, & in mult terminis terminant orationem: quia aliter longa esset & infinita, & profecto suffocans dicentem. quorum alia debent

1 Explere atque adæquare sententiā aliquando quidem.

Totam. ceu Hecatæus inquit in principio historiæ. Εκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθεῖται. Comprehensa enim est sententia membro toto tota: amboq; simul desinunt.

Partem totius totam. Vt enim cum manus sit totū quoddam partes ipsius totæ totius sunt: ceu digiti & cubiti. propriam enim circumscriptionem habet harum partium vnaquæque & proprias partes, sic & sententiæ alicuius, quæ tota sit magna, comprehendi in ea possent partes quædam ipsius integræ existentes & ipsæ, quemadmodum in principio Anabasis Xenophontis hoc ipsum, Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος vsque ad νεώτερος δὲ Κῦρος perfecta omnis sententia est. Quæ autem in ipsa sunt membra duo, partes quidem ipsius vtrunque eorum est. sententia autem in vtroque impletur quædam proprium finem habens, ceu, Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος γίνονται παῖδες, habet enim quandam integritatem sententia ipsa per se ipsam: quòd Dario & Parysatidi nati sunt filij. & eodem pacto alterum membrum, quòd Πρεσβύτερος μὲν Αρταξέρξης, νεώτερος δὲ Κῦρος. Quare membrum, vt aio, sententiam continebit aliquam omnino, siue totam, siue totius partem totam.

2 Esse non

Valde longa. nam sic compositio efficitur

Αμετρος, idest sine mensura.

Δυσπαρακολούθητος, idest talis, vt ægre possit aliquis ipsam animo persequi. neque enim poetica supra hexametrum venit, nisi alicubi in paucis. ridiculum enim metrum mensura carere, & desinente metro oblitos nos esse, vel quando incepit.

Nimis breuia. quia sic efficeretur, quæ vocatur arida compositio: ceu huiusmodi, Ο βίος βραχὺς: ἡ τέχνη μακρά: ὁ καιρὸς ὀξύς. dissecta enim videtur hæc compositio, & in minutas partes incisa, & talis vt contemni merito possit.

Periodus.

3 Esse aliquando

- Longa, ceu
  - In magnitudinibus, vt Plato inquit Τὸ γὰρ δὴ πᾶν τόδε, τοτὲ μὲν αὐτὸς ὁ θεὸς πορευόμενον ξυμποδηγεῖ καὶ συγκυκλεῖ. ferme enim unà cũ magnitudine membri sublata est oratio. Propter hoc & hexametrum heroumq; nominatur à magnitudine, & conueniens est heroibus. & nullo modo aliquis Homeri Iliadem, ita vt deceret, scriberet Archilochi breuibus. ceu, Ἀχνυμένη σκυτάλη. Et τίς σὰς παρήειρε φρένας. neque illis Anacreontis φέρ᾽ ὕδωρ, φέρ᾽ οἶνον ὦ παῖ. temulenti enim numerus profecto senis, non pugnantis herois.
  - In supplicationibus. preces enim, docente hoc homero, & claudæ, & rugosæ sunt ob tarditatem, hoc est ob longitudinem sermonis.
  - In deplorationibus.
  - In sermonibus senum. senes enim longi sunt in orationibus propter imbecillitatem.
- Breuia, cũ vel
  - Rem aliquam paruam exponimus, vt Xenophon inquit, quòd venerunt Græci ad Teleboam fluuium: Οὗτος δὲ ἦν, μέγας μὲν οὔ, καλὸς δέ. vnà enim cum paruitate & concisione numerì apparuit paruitas fluuij & venustas. Si autem sic supra modum extenso illo dixisset: Hic autem magnitudine quidem erat minor multis, pulchritudine autem superabat omnes: eo, quod decet, excidisset: & extitisset, quæ vocatur nota frigida, de qua postea disseremus. pag. 7.
  - Versamur in graui illa atque acri forma dicendi, quæ à Græcis vocata est δεινότης. grauius enim est, quod in pauco multum intus apparet & vehementius. vnde & Lacones sunt breuiloquentes, grauitate ipsos impellente. Et sermo in imperando concisus & breuis est. iccirco quilibet dominus seruo monosyllabis imperat dictionibus. Exemplum autem breuis compositionis illud: Lacedæmonij Philippo: Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ. multo enim grauius apparet esse dictum sic breuiter, quàm si ipso longe producto dixissent: Quod Dionysius quondam magnus tyrannus existens, quemadmodum tu, tamen nunc priuatus habitat Corinthi. Neque enim amplius, multis verbis expositum, increpationi simile extitisset, sed narrationi, & potius alicui qui doceret, non qui perterrefaceret. adeo extensa dissoluitur orationis iracundia. quemadmodum beluæ cum se contorserint, pugnant. huiuscemodi quædam est orationis conuersio, quæ in gyrum torta sit ob grauitatem. Huiuscemodi autem breuitas in compositione, Incisum, nominatur.

    Vide in dictione, Incisa, pag. 7.

Periodus.

4 Esse in periodis
- Vnũ, quod habeat
  - Lõgitudinem.
  - Flexionem in extremo.
  - Vt, Ἡροδότου Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε. Et, Ἡ γὰρ σαφὴς φράσις πολὺ φῶς παρέχεται ταῖς τῶν ἀκουόντων διανοίαις.
- Duo.
- Tria.
- Quatuor. Quod super quatuor est, nõ amplius intra iustam mensuram periodi manet.
  - In compositis periodis vltimum membrum longius esse oportet, & tanquam continens & amplectens alia. sic enim magnifica erit & honesta periodus, in honestm & longum desinens membrum: sin, incisæ & claudæ similis. Exemplum autem ipsius tale. Οὐ γὰρ τὸ εἰπεῖν καλῶς καλὸν, ἀλλὰ τὸ, εἰπόντα δρᾶσαι τὰ εἰρημένα.

5 Esse opposita
- Reb. Vt, Πλέων μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεύων δὲ διὰ τῆς θαλάσσης.
- Locutione & rebus. Vt, Πλέων διὰ τῆς χθονὸς, πεζεύων δὲ διὰ τῆς ἁλός.
- Nominibus, in quibus & si rerum naturæ nullo pacto inter se repugnant, perspicitur tamen in ijs quiddam, quod speciem habet contrarij. Vt Isocratis illud, qui Helenam Herculi contulit: τῷ μὲν ἐπίπονον καὶ πολυκίνδυνον τὸν βίον ἐποίησεν τῆς δὲ περίβλεπτον καὶ περιμάχητον τὴν φύσιν κατέστησεν. opponitur enim & articulus articulo, & copula copulæ, similia similibus: & alia vtique eodem modo. illi quidẽ ἐποίησεν, illud κατέστησεν. illi autẽ ἐπίπονον, illud περίβλεπτον. illi aũt πολυκίνδυνον, illud περιμάχητον. & demũ, vnum ad vnũ, simile ad simile, redditio.

6 Esse assimilia, παρόμοια, q̃ duob. modis esse pos sunt.
- In princicio. Vt, Δωρητοὶ τε πέλοντο, παράρρητοί τ' ἐπέεσσιν.
- In fine. Vt, Πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων, καὶ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας καταστησάντων.
- Species aũt Assimilis est ἰσόκωλον, cumpares habuerint membra syllabas, vt apud Thucydidem. ὡς οὔτε ὤν πωθάνοντο ἀπαξιούντων τὸ ἔργον: οἷς τε ἐπιμελὲς εἴη εἰδέναι, οὐκ ὀνειδιζόντων.

7 Esse similiter desinentia, ὁμοιοτέλευτα, siue
- In ijsdẽ nominib. terminentur. Vt, Σὺ δ' αὐτὸν καὶ ζῶντα ἔλεγες κακῶς, καὶ νῦν θανόντα γράφεις κακῶς.
- In syllabam desierint eandem. Vt illud, Πολλάκις ἐθαύμασα, & q̃ sequũtur.


Vsus autem talium mẽbrorum aliquãdo

- Lubricus est. neq; enim acriter dicẽti accommodata sunt. dissoluit enim vim illam, quod ponitur in ipsis nimium studium & cura. planum autem nobis hoc facit Theopompus: accusans enim Philippi amicos inquit, Ἀνδροφόνοι δὲ τὴν φύσιν ὄντες, ἀνδροπόρνοι τὸν τρόπον ἦσαν. Et, Ἐκαλοῦντο μὲν ἑταῖροι, ἦσαν δὲ ἑταῖραι. Similitudo enim, quæ est in membris, & oppositio dissoluit formam eam acrem propter male positam operam in illis: excandescentia arte non eget. verum oportet aliquo modo naturalia esse in huiuscemodi accusationib. & simplicia ea, quæ dicuntur. Neque igitur cum acres esse volumus, vtilia sunt huiusmodi, vt demonstraui: neque in affectib. & moribus. simplex enim esse vult, & sine qualitate vlla affectus. eodem autem pacto & mos. In illis igitur Aristotelis de Iustitia, qui ciuitatem Atheniensium deplorat, si sic dixisset, Ποίαν τοιαύτην πόλιν εἷλον τῶν ἐχθρῶν, οἵαν τὴν ἰδίαν πόλιν ἀπώλεσαν: cum affectu vtique dixisset & lugubriter. Si autem παρόμοιον ipsum fecerit, Ποίαν γὰρ πόλιν τῶν ἐχθρῶν τοιαύτην ἔλαβον, ὁποίαν τὴν ἰδίαν ἀπέβαλον: non per Iouem affectum mouebit, neq; misericordiam, verum appellatum κλαυσιγέλωτα. etenim in lugentibus ludere, vt prouerbio fertur, huiuscemodi in affectib. praue moliri est.

- Vtilis est, vt Aristoteles inquit, Ἐγὼ ἐκ μὲν Ἀθηνῶν εἰς Στάγειρα ἦλθον διὰ τὸν βασιλέα τὸν μέγαν, ἐκ δὲ Σταγείρων εἰς Ἀθήνας διὰ τὸν χειμῶνα τὸν μέγαν. Si igitur abstuleris alterum μέγαν, vnà auferes & venustatem. amplæ enim dictioni prodesse possunt huiuscemodi membra, qualia sunt Gorgiæ multa: in quibus contraria contrarijs opponuntur, & Isocratis.

5 Periodus. Enthymema.

Incisum, κόμμα, est, quod membro minus est, ceu illud Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ. Et, Γνῶθι σεαυτόν. Et, Ἕπου θεῷ. Quæ sapientum dicta sunt. Est enim huiuscemodi vocibus accommodata breuitas, & sententijs etiam. & sapientius in pauco loco multam sententiam collectam esse. quemadmodum in seminibus arborum totarum uis. si autem extenderet aliquis in multis, docendi ratio & orandi fieret pro sententia.



Inter Periodũ & Enthymema hæc est

- Differentia, quòd
  - Periodus est
    1. Compositio quædam circunducta, à qua & nominata est.
    2. Orbis Enthymematis, quemadmodum & aliarum rerum.
    3. Quam, si compositionem Enthymematis dissolueris, ipsam euertes, nec vestigium vllum Periodi restabit.
    4. Quæ ratiocinatur nihil: in compositione autem solum manet.
    5. Quam in omni parte orationis ponimus, ceu in principijs ipsarum.
    6. Quæ ex se dicitur.
    7. Quæ neque totum aliquid, neque imperfectum ratiocinatur.
  - Enthymema
    1. In sententia uim suam & constitutionem habet.
    2. Sententia est quædam, quæ scilicet ex pugna dicitur, in consecutionis figura.
    3. Euersa etiam Periodo ipsum remanet. ceu si quis hoc, quod apud Demosthenem est, Enthymema dissoluerit. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐκείνων ἑάλω, σὺ ταῦτ' οὐκ ἂν ἔγραψας. οὕτως ἂν σὺ νῦν ἁλῷς, ἄλλος γράψει. dissoluerit autem hoc pacto, Μὴ ἐπιτρέπετε τοῖς τὰ παράνομα γράφουσιν. εἰ γὰρ ἐκωλύοντο, οὐκ ἂν νῦν οὗτος ταῦτα ἔγραφεν, οὐδ' ἕτερος ἔτι γράψει, τούτου νῦν ἁλῶντος. Hic Periodi quidem orbis ille dissoluitur: Enthymema autem in eodem loco manet.
    4. Syllogismus quidam est oratorius.
    5. Non in omni parte orationis ponitur.
    6. Post aliquid dicitur.
    7. Syllogismus est imperfectus.
- Similitudo. qua quidam decepti idem esse & Enthymema, & Periodum existimauerunt. accidit enim Enthymemati vt Periodus sit, quia rotunde compositum est, Periodus autem non est. quemadmodum alicui, quod ædificatur, accidit, vt album sit, si forte album est: quod autem ædificatur, non est album.

Forma

Magnifica forma dicendi (quam λόγιον χαρακτῆρα nominant, quòd ea sit in cõsuetudine disertorum virorũ) in trib. manet

1 In sentẽtia si

Explicabitur magna aliqua & insignis pugna: Pedestris. Naualis.

Sermo erit: De cœlo. De terra.

Qui enim amplam audit rem, statim & dicẽtem putat ample dicere, errans. oportet enim nõ q̃ dicuntur attendere, sed quomodo dicuntur. licet enim & ampla exiliter dicentem, quod rei minime cõueniat, facere. Quare & graues quosdam dicunt, vt Theopompum, qui grauia non grauiter dicit. Nicias autem pictor & hoc statim dixit esse pingendi artis non paruam partem, vt cum cepisset materiam satis grandem pingeret, & non cõcideret artem in paruas res, vt auiculas vel flores, sed equestres & nauales pugnas. vbi multas quidem figuras ostendere aliquis posset equorum, quorum hi currerent, hi autem recti starent, alij vero in genua prociderent; & equitum ipsorum multos iaculantes, multos autem decidentes ex equis. putabat enim & argumentum ipsum partem esse pictorum artis, quẽadmodum fabulas poetarum. Nihil igitur mirum est, si in oratione, & ex rebus parta fuerit multa magnificentia.

2 In locutione, quam ornant

1 Nomina aspera, Vt, κεκραγώς, pro βοῶν: Et, ῥηγνύμενον, pro φερόμενον. Quibus omnibus Thucidides vtitur, similia captans nomina compositioni, & nominib. compositionem.

2 Phrasis eximia, & in multis partibus immutata, discrepansq; à consuetudine ac communi usu loquendi.

3 Translationes, siue Metaphoræ, quæ adportant orationi Voluptatem, Magnitudinem,

Ne sint crebræ. quia dithyrambum pro oratione scriberemus.

Ne longe ductæ sint.

Ex se ductæ sint.

Ex simili ductæ sint. ceu similes sunt inter se imperator, gubernator, auriga. cuncti enim hi præfecti sunt. Tutò igitur dicit & qui imperatorem gubernatorem dicit ciuitatis, & contra qui gubernatorem, præfectum nauis. Non omnes tamen mutuo redduntur, quemadmodum prædictæ. quia ὑπώρειαν quidem Idæ licuit pedem dicere poetæ: hominis autẽ pedem non amplius licet ὑπώρειαν dicere.

Magnifica.

Si periculosæ videantur,

Conuertantur in Imagines, sic enim erunt tutiores. Imago autem est Trãslatio exuperans. Vt si quis ad illud, τότε τῷ πύθωνι τῷ ῥήτορι ῥέοντι καθ' ὑμῶν, apposita particula dicat, ὥσπερ ῥέοντι καθ' ὑμῶν. sic enim imago extitit, & tutior est oratio: illo autem modo Translatio & periculosior est. Quare Plato quiddam in lubrico positum videtur facere, qui Translationibus potius vtitur quàm Imaginibus. Cum igitur Imaginem è Translatione facere volumus, proponere nobis ante oculos debemus breuitatem, & vt nihil plus, quàm, ὥσπερ, adiungamus: quia tunc pro imagine Collatio esset poetica, ceu illud Xenophontis: ὥσπερ δὲ κύων γενναῖος ἀπρονοήτως ἐπὶ κάπρον φέρεται. Et, ὥσπερ ἵππος λυθεὶς διὰ πεδίου γαυριῶν καὶ ἀπολακτίζων: hæc enim non Imaginibus amplius similes sunt, sed Collationibus poeticis. Collationes autem has neque facile in pedestri oratione ponere oportet, neque sine summa cautione.

Muniantur epithetis admotis. Vt Theognis τόξον vocat φόρμιγγα ἄχορδον de illo qui arcu feriret. φόρμιγξ enim, lubricum quiddam de arcu: illo autem ἀχόρδῳ munitum est.

Optimæ illæ videntur Aristoteli, quæ in actu manent, indeque appellantur, cum res inanimæ agentes aliquid inductæ fuerint tanquam animales. Vt illud de telo, Ὀξυβελὴς καθ' ὅμιλον ἐπιπτέσθαι μενεαίνων. Et illud, Κυρτὰ, φαληριόωντα. omnia enim hæc, illud φαληριόωντα, & illud μενεαίνων, vitalibus actionibus similia sunt.

Quædam ita aptæ sunt, vt res, quas significant, planiores reddant, quàm si suis illæ proprijsq; vocabulis exponerentur: Vt illud, ἔφριξεν δὲ μάχη. non enim ipsum quispiàm pro illo sumptis proprijs aut verius, aut plenius diceret. stridorem enim illum, qui è spiculis exoritur inquam in ipsis sonum continenter, φρίσσουσαν μάχην appellauit, & simul attigit aliquo modo Trãslationem ex actu, quæ supra dicta est, cum pugnam horrere dixerit, tanquam animantem.

Forma

A maiorib. reb. sumptæ ad minores trāsferri debent, non contra. nam Translatio ad tumorem sumitur. ergo amplitudini inseruiuit ——

Male Homerus cum dixit, Αμφὶ δ' ἐσάλπιγξεν μέγας οὐρανός. cœlum enim totum sonans nō decebat comparare sonanti tubæ: nisi si quis simul defendat Homerum, dicens, sic sonuit magnum cœlum, vt sonaret tuba vtens totum cœlum.

Recte Xenophon cum dixit, Επειδὲ πορευομένων ἐξεκύμηνε τὶ τῆς φάλαγγος. aciei enim perturbationē fluctuanti mari comparauit, indeq; nomen sumpsit. si quis vero immutatis nominibus dixerit ἐκφαλαγγίσασαν τὴν θάλασσαν, fortasse etiam non satis apte transferet: omnino autem tenuiter.

Vt apte adhibeantur, ac sine reprehensione. Hanc laudem consequetur is, qui referet se totum ad consuetudinem loquendi. consuetudo enim vt aliorum omnium magistra est, sic & maxime Translationum. parum enim ferme abest, quin omnia translatis verbis vocans fallat, quia tuto transfert verba, cum vocem albām appellet, & acutum hominem, & asperos mores, & longum oratorem, & alia, quæcunque sic lepide transfert, vt similia videantur proprijs nominibus. Hanc ego normam statuo Translationis, quæ in oratione fit, consuetudinis artem siue naturam. Sic igitur quædam transtulit consuetudo belle, vt ne proprijs quidem amplius eguerimus, sed mansit Translatio sede proprij occupata, Vt vitis ὀφθαλμός, & si quid aliud huiuscemodi. σφονδύλος tamē, & κλεὶς, cnm de corpore dicuntur, & κτένες non per Translationem nominata sunt, sed per Similitudinem. quia hæc quidem pars pectini, hæc claui, illa vero verticillo similis est.

4 Iuncta nomina, quæ habent

Varietatem, Magnitudinem, Breuitatem,

Non debent esse concreta dithyramborum more, veluti Θεοτεράτυς πλάνας. neque Αστρων δορύπυρον στρατόν.

Debent esse similia illis, quæ à veritate componuntur. In vniuersum enim hanc normam facio omnis nominum conformationis, νομοθέτας dicentem & ἀρχιτέκτονας, & huiuscemodi alia multa tuto componentem.

Ne frequentius ponantur. Hoc enim migrat è forma pedestris orationis.

Speciem quādam habent facti nominis. Omne enim quod componitur ex aliquibus, profecto extitit.

Magnifica.

- 5 Facta nomina, quæ imitatione alicuius rei, quam aut patiatur aliquis, aut faciat, eduntur: ceu illud, σίζε, & λάπτοντες.
  - Efficiunt orationẽ amplam, quia
    - Tanquam strepitibus similia sunt.
    - Peregrina & noua sunt. Non enim nomina, quæ sunt, dicunt, sed quæ tunc gignuntur.
    - Sapiens quiddam videtur noui nominis fabricatio, ceu consuetudinis. Similis sane est, qui nomina nouat, illis, qui primi nomina rebus imposuerunt.
  - In his conformãdis proponere hęc nobis debemus,
    - Vt nomẽ quod fingimus
      - Apertum planumq; sit, atque vnum aliquod ex consuetudine videatur.
      - Similitudinẽ habeat ad ea nomina, quæ in vsu sunt, ne aliquis videatur Phrygium aut Scythicum sermonem adhibere in medio Græcorum uocabulorum.
      - Fingatur siue
        - Quod antea inauditum sit, ceu q tympana & alia mollium hominũ instrumenta κιναιδάς vocauit: & Aristoteles ἐλεφαντιστὴν: & Xenophon Ηλέλιξε, inquit, dux, clamorem illum ἐλελεῦ, quẽ clamabat dux sine ĩtermissione, deriuato inde nomine exprimens.
        - A positis iã nominib. deriuando ipsum: ceu σκαφίτην quidam vocauit, qui remo ageret scaphã: & Aristoteles αὐτίτην, tanquam solũ ipsum existentem.
    - Lubricum opus esse & ipsis poetis.
    - Duplicia nomina & iuncta speciem quandam habere facti nominis. Omne enim quod componitur ex aliquibus profecto extitit.

Forma

6 Allegoria terrori accommodata est, veluti —

Minis, ceu Dionysius, quòd cicadæ ipsis humo canent. Si autē sic simpliciter dixisset, quòd excidet Locrensem agrum, & iracūdior visus esset, & humilior. Nunc autem, tanquam operimento orationis, Allegoria vsus est. omne enim, quod suspicione tantum attingitur, terribilius est: & alius aliud quidpiam ariolatur. Quod autem planum est, quamuis formidolosum sua ui sit, verisimile est contemptum iri, quemadmodum vestimentis nudatos.

Mysterijs, ad pauorem gignendum & horrorem, quemadmodum in tenebris & nocte. Similis autem est & Allegoria tenebris & nocti.

In qua cauere oportet continuationem, ne oratio nobis euadat Aenigma. ceu quod in cucurbitula medicorum, Ἀνδρ᾽ εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ᾽ ἀνέρι κολλήσαντα. Et Lacones multa in Allegorijs dicebant, metum inijcientes. Vt illud, Dionysius Corinthi, ad Philippum: & alia huiuscemodi non pauca.

7 Concisio partim quidem

Magnifica est, & maxime Reticentia. Quædam enim non dicta maiora videntur, & suspicione potius cognita.

Tenuis. etenim in Iterationibus (probat hoc à contrario) exoritur magnitudo. Veluti Xenophon inquit: Τὰ δὲ ἅρματα ἐφέρετο, τὰ μὲν δι᾽ αὐτῶν τῶν φιλίων, τὰ δὲ καὶ δι᾽ αὐτῶν τῶν πολεμίων. Multo enim sic maius, quàm si sic dixisset: Καὶ διὰ τῶν φιλίων, καὶ διὰ τῶν πολεμίων αὐτῶν.

8 Obliqui casus, qui maius in oratione moliuntur, quàm recti: ceu, Ἦ δὲ γνώμη ἦν, ὥς εἰς τὰς τάξεις τῶν Ἑλλήνων ἐλόντων καὶ διακοψόντων: pro διενοοῦντο ἐλάσαι καὶ διακόψαι.

9 Similitudo nominum & asperitas vocis, quæ apparet. Est enim asperum multis locis tumidum. ceu, Αἴας δ᾽ ὁ μέγας αἰὲν ἐφ᾽ Ἕκτορι. Multo enim magis Aiacem magnum effecit duarum concursus, quàm clipeus septemplex.

Magnifica.

10 Epiphonema, dictio est, q̃ rem iam prolatam ornat. est autẽ magnificentissimum in oratione. Locutionis autem duplex genus,

Vnum, quod inseruit intelligentiæ eorum, qui audiunt. Vt, Οἵαν τὰν ὑάκινθον ἐν ὤρεσι ποιμένες ἄνδρες Ποσσὶ καταστείβουσι.

Alterum, quod exponendæ rei iam narratæ adhibetur. χαμαὶ δέ τε πορφύρεον ἄνθος. adiunctum enim hoc est antea prolatis, ornatus aperte & pulchritudo.

De Epiphonemate hæc sunt cõsiderãda, quòd

Epiphonematum plena est Homeri poesis. ceu Ἐκ καπνοῦ κατέθηκ᾽, ἐπεὶ οὐκ ἔτι τοῖσιν ἐῴκει Οἷς τὸ πάρος Τροίηνδε κιὼν κατέλειπεν Ὀδυσσεύς. Πρὸς δ᾽ ἔτι καὶ τόδε μεῖζον ἐπὶ φρεσὶν ἔμβαλε δαίμων. Μήπως οἰνωθέντες ἔριν στήσαντες ἐν ὑμῖν Ἀλλήλους τρώσητε. deinde exclamat. αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος.

Epiphonema diuitum pompis simile est, intelligo gesis, & triglyphis, & purpuris laxis. tanquam enim quoddam & ipsum diuitiarũ orationis indiciũ est.

Enthymema etiam videri posset Epiphonematis species quædam, quæ tamen non est: non enim ornatus causa, sed probationis adhibetur, nisi cum in extremo ponitur more Epiphonematis.

Sententia quoque similis est cuidam, quod exclametur post ea, quę dicta iam sunt. sed neque hæc Epiphonema est. etenim antea ipsa sæpe dicitur. occupat tamen sedem aliquando Epiphonematis.

Illud: Νήπιος οὐδ᾽ ἄρ᾽ ἔμελλε κακὰς ὑπὸ κῆρας ἀλύξειν, neque ipsum Epiphonema existimari debet. non enim post dicitur, neque exornat, neque demum exclamationi est simile, sed acclamationi, vel increpationi.

11 Poeticum in oratione, hoc est inserere locos aliquos poetarum in solutam orationem. Hoc enim granditatem afferre orationi, cæco etiam apparet, vt aiunt. Quæ quidem ratio nõ simplex est, sed duplex. alia quidem———

Improbanda. cum scilicet valde nuda vtuntur imitatione poetarum, & quæ potius, quàm imitatio, transpositio debeat vocari, quemadmodum Herodotus.

Probanda. Vt Thucydides, qui quamuis ceperit aliquid à poeta, cum in suum aliquem vsum ipsum conuertat, proprium id, quod est sumptum, facit. ceu poeta de Creta inquit: Κρήτη τις γαῖ᾽ ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ Καλὴ καὶ πίειρα, περίρρυτος. Thucydides autem concordia coniugi Sceliotas putat pulchrum esse, cum sint vnius telluris & περιρρύτου. & cum eadem omnia dixisset, telluremque pro insula & περίρρυτον eodem pacto, tamen aliud dicere videtur: quia non ad magnitudinem, sed ad concordiam ipsis vsus est.

Forma.

3 In constructione verborũ apta. q quidẽ constat

E pedibus. quorũ alij

Adhibendi; Vt Pæan ex sentẽtia Aristotelis. cuius species duæ,

Procatarctica, principijs conueniens, cuius initium est syllaba longa, tres vero breues terminant, vt huiuscemodi, ἤρξατο.

Catalectica, clausulæ accommodata, superiori opposita, cuius initiũ sunt tres breues, terminat autẽ vna longa, vt, ἀράβια.

Vtriusque exemplum erit illud Thucyd, ἤρξατο δὲ τὸ κακὸν ἐξ Αἰθιοπίας. Qua igitur potissimũ de causa Aristoteles sic præcepit? quia oportet & frontem membri, & principiũ magnificum statim esse, & finem. Hoc autem erit, si à longa inceperimus, & in longam desierimus: natura enim amplum longa syllaba, & initio edita ferit statim: & claudens, in magno quodam relinquit auditorem. omnes enim proprie primorũ & postremorum recordamur, & ab his mouemur. ab his autem, quæ in medio sunt, minus, tanq̃ coopertis & deletis. Apertum autem hoc in scriptis Thucydidis: ferme enim omnino magnificũ in omnib. ipsi facit numeri lõgitudo: & prope dici potest, cũ huic viro vbique sit magnificũ quiddam, cõpositionem hanc solam, aut præter cetera, gignere qđ maximũ apud eũ est. Oportet sane cogitare, quòd si non exquisite valemus membris apponere Pæonas, vtrinq; ambos, pæoniam tamen omnino faciemus compositionem: ceu, à longis incipientes, & in lõgas desinentes. hoc enim Aristoteles præcipere videtur: q tamẽ duplex illud genus Pæonis in arte tradidit, vt esset in ea re exquisitus. Quapropter Theophrastus exẽplum ponit magnificentiæ in oratione hoc mẽbrum: Τῶν μὲν περὶ τὰ μηδενὸς ἄξια φιλοσοφούντων. Non enim e Pæonibus exquisite cõstat, sed pæonicũ quiddã est. Recipiamus igitur Pæonem in orationẽ, quia mixtus quidam est & tutior: quod magnificũ in ipso est, à longa sumẽs: aptum vero illud orationi, à breuibus.

Non adhibendi, Vt

Herous, qui est grandis, & non accommodatus orationi, sed sonorus: neq; numerosus, sed extra numerum: quemadmodum hic, ἥκειν ἡμῶν εἰς τὴν χώραν. Crebritas enim longarum syllabarum cadit extra mensuram orationis.

Iambus. quia humilis est, & multorum locutioni similis. multi sane versus iambicos fundunt, non intelligentes: Pæon autem, medius amborũ & moderatus, & tanquam temperatus.

E mẽbris lõgioribus. ceu

Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων, καὶ Ἀθηναίων.

Ἡροδότου Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδειξις ἥδε.

Celeriter enim reticere in mẽbrum breue, conterit orationis granditatem, etiam si sententia, quæ subest, magnifica fuerit: & eodem pacto verba.

Magnifica.

Ex circuitu quodam ſententiarum & circunductu in dicendo. Vt Thucydides: Ὁ γὰρ Ἀχελῶος ποταμὸς ῥέων ἐκ Πίνδου ὄρους διὰ Δολοπίας καὶ Ἀγριανῶν καὶ Ἀμφιλόχων καὶ διὰ Ἀκαρνικοῦ πεδίου ἄνωθεν παρὰ Στράτον πόλιν ἐς θάλασσαν διεξιεὶς παρ᾽ Οἰνιάδας, καὶ τὴν πόλιν αὐτοῖς περιλιμνάζων, ἄπορον ποιεῖ ὑπὸ τοῦ ὕδατος ἐν χειμῶνι στρατεύειν. Vniuerſa enim hæc magnificentia ex circunductu extitit, & ex eo, quod uix requieuit & qui dicit & qui audit. Quòd ſi hoc pacto, diſſoluto illo, dicat aliquis: Ὁ γὰρ Ἀχελῶος ποταμὸς, ῥεῖ μὲν ἐκ Πίνδου ὄρους, ἐκβάλλει δὲ παρ᾽ Οἰνιάδας ἐς θάλασσαν: πρὸ δὲ τῆς ἐκβολῆς, τῶν Οἰνιάδων πεδίον λίμνην ποιεῖ, ὥστ᾽ αὐτοῖς πρὸς τὰς χειμερινὰς ἐφόδους τῶν πολεμίων ἔρυμα καὶ πρόβλημα γίνεσθαι τὸ ὕδωρ. Si inquam hoc pacto immutato illo aliquis idem verbis exponat, multas quidem requietes præbebit orationi: magnitudinem autem inde auferet. Quemadmodum enim longas vias frequentia diuerſoria paruas efficiunt; ſolitudines vero etiam in paruis vijs, ſpeciem quandam retinent longitudinis: idem & in membris fieret.

Ex aſperitate compoſitionis. Vt

Homerus. Αἴας δ᾽ ὁ μέγας αἰὲν ἐφ᾽ Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ. Aliter enim fortaſſe moleſtus auribus eſt literarum concurſus: exuperantia autem demonſtrans magnitudinem herois. leuor enim, & iucundum auribus quod eſt, non valde in magnificentia locum habent, niſi alicubi in paucis.

Thucydides, qui vbique fere fugit leue & æquabile compoſitionis, & ſemper potius offendenti ad aliquam rem ſimilis eſt, quemadmodum qui per aſperas vias iter faciunt, vt cum dixerit quod, τὸ μὲν δὴ ἔτος ὡς ὡμολόγητο, ἄνοσον ἐς τὰς ἄλλας ἀσθενείας ἐτύγχανεν ὄν. facilius enim & ſuauius ſic aliquis dixiſſet, quod ἄνοσον ἐς τὰς ἄλλας ἀσθενείας ὂν ἐτύγχανεν: ſed ſuſtuliſſet ipſius magnificentiam. Quemadmodum enim nomen aſperum magnitudinem molitur, ſic compoſitio. nomina autem aſpera, & κεκραγὼς pro βοῶν, & ῥηγνύμενον pro φερόμενον: quibus omnibus Thucydides vtitur, ſimilia captans nomina compoſitioni, & nominibus compoſitionem.

Forma

Ordine ſeruando, vt ſcilicet

Prima ponamus, quę non valde euidentia ſunt, ſecunda autem, & poſtrema, quæ euidentiora. ſic enim & primum audiemus vt euidens. Sin, videbimur defeciſſe, & tanquam decidiſſe à validiore ad infirmũ. Vt

Quod apud Platonem dicitur. quòd, ἐπὰν μέν τις μουσικῇ παρέχῃ καταυλεῖν καὶ καταχεῖν τῆς ψυχῆς διὰ τῶν ὤτων. ſecundum enim multo euidentius priore. Et rurſus progreſſus inquit, Ὅταν δ᾽ ἐπέχων μὴ ἀνίῃ, ἀλλὰ κηλῇ, τὸ δὴ μετὰ τοῦτο ἤδη τήκει καὶ λείβει. illud enim λείβει ſignificantius eſt & propinquius poemati. Si autem ante ipſum protuliſſet infirmius illud, τήκει, poſtea poſitum, viſum fuiſſet.

Homerus de Cyclope, qui ſemper auget hyperbolem: οὐ γὰρ ἐῴκει Ἀνδρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι, & præterea celſi montis, & qui ſuperet alios montes. ſemper enim quamuis magna exiſtentia priora, minora videntur, cum maiora ipſis ſunt, quæ inferuntur.

Cōiunctiones

Non valde reddamus exquiſite, ceu coniunctioni μέν coniunctionem δέ. minutum enim eſt, quicquid exquiſitum eſt, ſed & inordinatius aliquo modo ipſis vti. quemadmodum alicubi Antiphon dicit: Ἡ γὰρ νῆσος ἣν ἔχομεν, δήλη μὲν καὶ πόρρωθεν ἐστιν ὑψηλὴ καὶ τραχεῖα. καὶ τὰ μὲν χρήσιμα καὶ ἐργάσιμα μικρὰ αὐτῆς ἐστι, τὰ δὲ ἀργὰ πολλὰ σμικρᾶς αὐτῆς οὔσης. Tribus enim coniunctionib. vna, δέ, redditur.

Crebras deinceps ponamus, quæ parua efficiunt magna, vt apud Homerum Bœoticorum oppidorum nomina, humilia exiſtentia & parua, molem quandam habent & magnitudinem propter coniunctiones deinceps tot poſitas. Vt in illo: Σχοῖνόν τε, Σκῶλόν τε, πολύκνημόν τ᾽ Ἐτεωνόν.

Expletiuas adhibeamus non tanquam additamenta inania, & veluti adnata, aut notas vngue impreſſas. quemadmodum quidam copula, δή, vtuntur nullum ob finem, & νυ, & πότερον, ſed ſi proſint aliquid magnitudini orationis. Vt apud Platonem, Ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεύς. & apud Homerum, Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ πόρον ἷξον ἐϋρρεῖος ποταμοῖο. initijs enim apta coniunctio illic poſita, & quæ diſtrahat à priorib. ea, quæ ſequuntur, amplum quiddam molita eſt. multa enim initia granditatem moliuntur. Si autem ſic dixiſſet, Ἀλλ᾽ ὅτε ἐπὶ τὸν πόρον ἀφίκοντο τοῦ ποταμοῦ, de puſillis rebus loquenti par fuiſſet, & præterea vt de vna re dicenti. Sumitur autem & in patheticis ſæpe coniunctio hæc. ceu in illo Calypſonis ad Vlyſſem, Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν᾽ Ὀδυσσεῦ, Οὕτω δὴ οἶκόνδε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν. Si igitur coniunctionem ſuſtuleris, vnà cum ea tolles & affectum. ad ſummam enim quemadmodum Praxiphanes affirmat, pro ſuſpirijs aſſumebantur hæ coniunctiones, & gemitibus. ſic illud αἶ αἶ, & illud φεῦ. & quale eſt, vt ipſe inquit, illud Καὶ νὺξ ὀδυρομένοισι, quod habet uim ac ſpeciem quandam miſerabilis nominis. Qui autem nullam ob rem inferciunt, inquit, copulam, ſimiles ſunt hiſtrionibus, qui hoc & hoc ob nullũ verbum dicunt. ceu ſiquis ſic dicit, Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα, Πελοπείας χθονὸς φεῦ Ἐν ἀντιπόρθμοις πεδί᾽ ἔχουσ᾽ εὐδαίμονα. αἶ αἶ. Vt enim abundat illud αἶ αἶ, & illud φεῦ hic, ſic & vbique fruſtra inculcata coniunctio.

Magnifica.

Figura locutionis

Anthypallage, Vt Homerus. Οἱ δὲ δύω σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει. Multo enim amplius sic immutato casu, quàm si sic dixisset, Τῶν δὲ δύω σκοπέλων, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρύν: ex consuetudine enim dictum esset. omne autem, quod consuetudine fit, pusillum est. vnde & vacuum ab admiratione.

Relatione, & Dissolutione, Επαναφορᾷ καὶ Διαλύσει, Vt Homerus, qui Nireum ipsumq; existentem paruum, & res ipsius magis paruas, tres naues & paucos homines, magnum ipsum, & illas itidem magnas fecit, & multas ex paucis, figura hac duplici & mixta vsus: inquit enim Νιρεὺς τρεῖς νῆας ἄγεν: Νιρεὺς Ἀγλαΐης υἱός τε: Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνήρ. Relatio enim illius vocis ad idem nomen Nireum, & Dissolutio, multitudinem quādam præ se ferunt rerum. etsi illæ duæ tres ue sunt. Et ferme cum semel Nireus nominatus sit in poemate, recordamur illius nihilominus, quàm Achillis & Vlyssis: & si illi in singulis pene versibus appellati sunt. causa autē huius est figuræ uis. Si autem sic dixisset, Νιρεὺς ὁ Ἀγλαΐας υἱὸς ἐκ Σύμης τρεῖς νῆας ἦγεν, visus aliquo modo esset Nireum siluisse. Quemadmodum enim in conuiuijs pauca, ordinata aliquo modo, multa vidētur, sic & in oratione. Et quod dixit, Κυρτὰ, φαληριόωντα, sublatione coniunctionis καὶ, amplius euasit, magis, quam si dixisset, Κυρτὰ καὶ φαληριόωντα.

Connexione, συναφείᾳ, quæ est contraria Dissolutioni, & multis locis magnitudinis causa fit. ceu Εστρατεύοντο Ἕλληνές τε καὶ Κᾶρες, καὶ Λύκιοι, καὶ Πάμφυλοι, καὶ Φρύγες. Eiusdem enim coniunctionis positio præsefert infinitam quandam multitudinem.

Non manendo in eodem casu, μηδὲ ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένειν πτώσεως. Vt Thucydides, Καὶ πρῶτον ἀποβαίνων ἐπὶ τὴν ἀποβάθραν, ἐλειποψύχησέ τε, καὶ πεσόντος αὐτοῦ ἐς τὴν παρεξειρεσίαν. multo enim sic amplius, quàm si in eodem casu sic dixisset, quòd ἔπεσεν ἐς τὴν παρεξειρεσίαν καὶ ἀπέβαλε τὴν ἀσπίδα.

Conduplicatione, ἀναδιπλώσει. quæ alicubi efficit magnitudinem. Vt Herodotus quodam loco inquit, Δράκοντες δὲ ἦσαν ἐν τῷ Καυκάσῳ μέγεθος καὶ μέγεθος καὶ πλῆθος. bis enim prolatum, μέγεθος, tumorem quendam locutioui addidit.

Vti sane figuris oportet non creb. is. ineptum enim & præseferens quandā orationis inæquabilitatē. Prisci igitur, qui multas figuras in oratione posuerūt, propius accedunt ad consuetudinem, quàm qui nunc nullis figuris vtuntur: quia artificiose ipsas in oratione ponebant.

Nota

Cōcursu vocalium, qui neque penitus & vsque quaque est

- Consectandus, vt sonoram facias compositionem, temere ipsas committens, & vt casus tulit. diuulsioni enim orationis hoc simile est, & dissectioni.
- Fugiendus, vt fecit Isocrates, & qui ab eo profecti sunt. leuior enim sic erit fortasse compositio; eadem tamen suauitatis expertior & plane muta, cum multa vocis dulcedine priuata sit, quæ oritur ex concursu. Considerandum autem primum quòd & consuetudo ipsa coniungit literas has in nominibus, & si illa studet in primis suauitati vocis, vt in Αἰακὸς, & χιών. multa autem ex solis vocalibus cōponit nomina, ceu Αἰαίη, & Εὔιος. nihilo autē asperiora sunt alijs hęc, sed fortasse suauiora. Illa vero poetica, Ηέλιος, diuisum & concursum passum de industria suauiorem vocem habet, quàm ἥλιος, & ὀρέων quàm ὀρῶν. habet enī quandam dissolutio & cōcursus tanquam cantilenam adnatam. Multa autem & alia in coitu literarū dicta aspera erant: diuisa aūt & concursum passa, suauiora facta sunt. Vt illud, Πάντα μὲν τὰ νέα καὶ καλά ἐστιν. Si vero extritis illis dixeris, καλ᾽ ἐστιν, asperius erit qđ dicitur & humilius. In Aegypto autē & deos septem vocalib. sacerdotes celebrant, deinceps ipsas sonantes & pro tibia, & pro cithara literarum harum sonus auditur ob suauitatē vocis, quam in se habēt. Quapropter qui eximit cōcursum, nihil aliud quàm cantū eximit ex oratione & musam.

Fit autē tū per

- Longas vocales, siue
  - Easdem, cum videlicet eędem, concurrunt
    - H cum η. Vt illud Thucydideū, μὴ ἤπαρος ἔναι.
    - ω cum ω. Vt illud Homericum, Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε. Etenī versus longitudinem quandā habuit ex cō cursu. & imitatus est lapidis illam in superiora loca lationē & vim ī ea re positā.
    - Et in cantilenis vtique melismata, ab vna fiūt eadem lōga litera, tanquam cantilenis adplicatis cātilenis. Quapropter similium cō cursus, parua quędam erit cantilenæ pars & melisma.
  - Diuersas, Vt Ηώς.
- Diphthongos. Concurrunt enim & diphthongi cum diphthongis. Vt illud Thucydideum, Ἰαύτην κατῴκησαν μὲν Κερκυραῖοι, οἰκιστὴς δὲ ἐγένετο.

Frigida.

Magnificæ formæ vicina est ea, quæ Frigida, ψυχρὰ, appellatur. quæ

Definitur sic à Theophrasto. Frigidum est, quod excedit suam propriamq; enunciationem, ceu, ἀπυνδάκωτος οὐ τραπεζοῦται κύλιξ : pro illo vsurpatum. sine fundo calix in mensa non collocatur. Res enim, quæ parua est, non sustinet tumorem tantum locutionis.

Nascitur, vt Magnifica in tribus.

1 Sententia, quemadmodum de Cyclope, qui lapidem iecit in nauem Vlysis, quidam dixit, cum lapis ferretur, capræ in ipso pascebantur. Ex eo enim quod superat modum in sententia, quodq; item effici non potest, exoritur frigus.

2 Locutione. in qua nascitur (vt Aristoteli placet) Frigidum quatuor modis,

- 1 In externis & peregrinis nominibus. Vt Lycophron, Xerxem virum πέλωρον.
- 2 In Epithetis. Vt Alcidamas, humidum sudorem.
- 3 In Iuncto verbo. quando more dithyramborum iuncta fuerit duplicatio nominis, Vt ἑρημόπλανος dixit quidam. & quicquid aliud ita præter modum tumidum.
- 4 In Translatione. Vt, τρέμοντα καὶ ὠχρὰ τὰ γράμματα.

3 Compositione, cum

- Non est numerosa, sed extra numerum est; & omnibus in partib. longum habet, veluti talis. Ηκων ἡμῶν εἰς τὴν χώραν. Πάσης ἡμῶν ὀρθῆς οὔσης. nihil enim habet aptum orationi, neque in tuto pósitum, propter continuationem longarum syllabarum.
- Versus continui ponuntur, quod faciunt nonnulli: & qui non tegantur à continuatione. Poema enim intempestiuum frigidum est: quemadmodum & quod superat mensuram.

Forma

Ioco, vt à Polycrate rhetore laudante ignobilem quempiam, tenuemq; hominem, vt si illustrem aliquam claramq; personam laudaret adhibitis antithetis, translationibus, & omnibus tropis aptis laudationibus. ludabat enim, non serio agebat: & ipse illic eius scriptionis tumor lusus est. ludere igitur liceat, vt aio: quod vero decet in omni re seruandum est, hoc est apte & accommodate ipsis, singulares res sunt verbis exponendæ, exiles exiliter, amplæ vero ample. quemadmodum Xenophon de Teleboa amne, qui paruus & pulcher est, inquit: Οὗτος δὲ ποταμὸς ἦν, μέγας μὲν οὔ, καλὸς δέ. breuitate enim compositionis, & terminatione in δὲ, tantum non monstrauit nobis paruum cum amnem fuisse. Alius autem quidam, loquens de fluuio simili Teleboæ, inquit: Ὁ ἀπὸ τῶν Λαυρικῶν ὀρέων ὁρμώμενος ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν, tanquam de Nilo loqueretur præcipitante, aut de Istro cum irrumpit in mare. Omnia igitur hæc Frigus vocantur.

Paruis reb. adiungitur tumor. quod quidem simile est ostentationi. qui enim homo gloriosus est, quæ sibi bona non adsunt, iactat tamen se habere, & qui paruis rebus adiungit tumorem, & ipse in paruis ostentanti se similis est: & demũ quale est, quod in prouerbio est, ornatum pistillum, tale est & quod in locutione elatum est in paruis rebus. Hoc autẽ recte fit aliquando vel

Necessitate. Fiunt enim parua magna, non ope eius, quod minime decet, sed aliquando necessario. Vt cum imperatorem aliquem, qui res paruas ex sententia confecerit, efferre volumus, tanquam magnas res feliciter administrarit. ceu quòd Ephorus Lacedæmone eum, qui delicate, & non ex institutis illius telluris pila luserat, virgis cæcidit. huic enim sua ui paruo auditu existenti granditatem acquirimus hoc pacto. Vt qui pusillos prauos mores impunitos relinquunt, viam maiorib. scelerib. aperiunt: & quòd ob paruas res contra leges commissas oportet punire magis, non ob magnas: & prouerbium fecimus: Principium vtique dimidium totius, tanquam simile illud sit paruo malo: vel quòd nullum malum paruum est. Sic quidem liceat paruam victoriam magnam facere verbis, non tamen vt geras aliquid, quod minime deceat, sed quemadmodum, quod magnum est, conteritur vtiliter sæpenumero, sic vtique & paruum extolli poterit.

Hyperbole vtimur. qđ vitium est omnium frigidissimum. Triplex autem est, aut enim editur per

1 Similitudinem. Vt illud, Θείειν ἀνέμοισιν ὁμοῖοι.

2 Exuperantiam. Vt illud, Λευκότεροι χιόνος.

3 Impossibile. Vt illud, Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη.

Omnis igitur Hyperbole cernitur aut

In Impossibili. Neq; enim niue candidius quicquam esse potest, neque Vento in cursu simile. Hæc tamen Hyperbole quæ dicta est, eximie nominatur impossibilis. quam potissimum ob causam maxime frigida videtur omnis Hyperbole, quia ei, quod effici non potest, similis est.

In Ridiculo. Præter hoc enim maxime & comici Poetæ vtuntur Hyperbole. quia ex eo quod fieri non pōt, trahunt ridiculum. Quemadmodũ de Persarum voracitate quidã dixit, rem sine modo augens, quòd cãpos totos reliquijs ventris implebant. Et quòd boues in malis gestabant.

In prouerbio. Vt

- Magis caluus, quàm serenitas.
- Magis sanus, quàm coloquinta.
- Auro magis aurea. Quod Sapphonis est, & ĩ Hyperbole dicitur, nec effici pōt, nisi qđ ex eo ipso, qđ effici nõ pōt, venustatẽ in se habet, nõ frigus. Quapropter maxime aliquis admiraretur diuinã Sapphonem, quòd re, quæ natura periculi plena est, & vix potest cũ laude tractari, vsa sit eleganter.

Elegans.

Elegans & ornata oratio, γλαφυρὸς λόγος, Venere omni referta & salsa oratio est. Venustatum autem quædam sunt

- Maiores, & grandiores, quæ sunt poetarum. quib. vsus est Homerus
  - Ad dignitatem addendam & amplitudinem. Vt illud de Diana: Τῇ δέ θ' ἅμα νύμφαι παίζουσι: γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ. Et, Ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται: καλαὶ δέ τε πᾶσαι.
  - Ad exacerbandum, ac uim rebus addendam. & ludens poeta terribilior est. primusq; ipse videtur inuenisse terribiles lepores. ceu illud de maxime remota ab omni lepore persona, de Cyclope inquam: Οὖτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι. τοὺς δ' ἄλλους πρόσθεν. quod fertur Cyclopis munus. Non enim ita ipsum reddidit dirum ope aliorum, cum duos Vlyssis socios deuorarit: neque ex ingenti illo lapide, quo pro foribus vtebatur: neque e baculo: vt ex hac vrbanitate. Vtitur autem huiuscemodi forma & Xenophon. & ipse quoque acerbitates inducit e leporibus: ceu de armata saltatrice: interrogatus à Paphlagone, num etiam mulieres sociæ ipsorum fuerint in bello, sane, inquit: hæ enim regem fugarunt. Duplex enim grauitas apparet ex ea venustate. vna quidem, quòd non mulieres secutæ sunt ipsos in bellum, sed Amazones: altera vero, in regem, si adeo imbecillus erat, vt à mulieribus in fugam verteretur.
- Humiles magis & magis comicæ, non discrepantes à vocib. dicacibus, neque longe absunt à scurrilitate. cuiusmodi videre est apud
  - Aristophanem.
  - Sophronem.
  - Lysiam, qui de anu protulit illud. Cuiu facilius aliquis dentes numeraret, quàm digitos. Item, Quot dignus erat accipere plagas, tot accepit drachmas.

Forma

In rebus. ceu { Nympharum horti. / Hymenæi. / Cupidines. / Tota Sapphonis pôesis. } Huiuſcemodi enim quamuis ab Hipponacte dicta fuerint, lepida ſunt. & ipſa res hilaris ſua ſponte eſt. nemo enim canit Hymenæum iratus: neque Cupidinem Erinnym faciet ui locutionis aut gigantem: neque ridere plorare.

In verbis ornatuq; orationis, quæ & res {

Per ſe ipſas venuſtas, venuſtiores & elegantiores facit. ceu ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρη χλωρηῒς ἀηδὼν Καλὸν ἀείδῃσιν, ἔαρος νέον ἱσταμένοιο. Hic enim & luſcinia, eſt lepida auis: & ver, natura lepidum. multum tamen ornamenti acceperunt à locutione. & ſunt venuſtiora, illud χλωρηῒς, & illud Πανδαρέου κούρη, dicere de aui: quæ ſcilicet poetæ propria ſunt.

Natura iniucundas & odioſas hilares facit. Quod à Xenophonte videtur primum inuentum. cum accepiſſet enim expertem riſus perſonam & odioſam, Aglaitadam Perſam, riſum inuenit ex ipſo lepidum. Ὅτι ῥᾶόν ἐστι πῦρ ἐκτρίψαι ἀπὸ σοῦ, ἢ γέλωτα. Hæc autem eſt potentiſſima venuſtas, & quæ maxime eſt in arbitrio dicentis. res enim natura odioſa erat, & inimica leporis, quemadmodum & Aglaitadas. hic autem tanquam patefacit, quòd è talibus etiam rebus iocus elici poteſt, quemadmodum & à calido refrigerari, calefieri autem à frigidis rebus. }

In locis, quorum alij ſunt in { Verbis ex {

Conciſione. quando idem verbum dilatatum inuenuſtum factum fuerit, ob breuitatem autem venuſtum. veluti apud Xenophontem, Τῷ ὄντι οὐδὲν μέτεστι τῆς Ἑλλάδος: ἐπεὶ ἐγὼ αὐτὸν εἶδον ὥσπερ Λυδὸν, ἀμφότερα τὰ ὦτα τετρυπημένον. καὶ εἶχεν οὕτως. Quod enim adfugitur, illud inquam, εἶχεν οὕτως, ob conciſionem venuſtatem gignit. ſi autem dilatatum fuiſſet pluribus verbis, quòd ſcilicet hæc vera ſunt: plane enim aures habebat perforatas: narratio nuda fuiſſet pro venuſtate. Sæpe autem & duæ res per vnam oſtenduntur ad venuſtatem pariendam. ceu de Amazone dormiente quidam inquit, quòd arcus intenſus humi iacebat, & pharetra plena ſcutum ſub capite. cingula autem non ſoluunt. in hoc enim & inſtitutum commemoratum eſt de cingulo, & quòd illa non ſoluerat cingulum. duæ res per vnam expoſitionem. & ex hac conciſione elegans quiddam natum eſt.

Ordine. idem enim primum quidem poſitum, vel medium, inuenuſtum fit: in fine autem venuſtum. ceu Xenophon inquit de Cyro. dat autem ipſi & dona, equum & tunicam & torquem, & agrum non amplius diripi. in his enim vltimum

timum

Elegans.

timum eſt, quod venuſtatem efficit: agrum non amplius diripi: propter nouitatem doni & proprietatem. Cauſa autem eſt locus venuſtatis. ſi enim primum poſitum fuiſſet, inuenuſtius vtique fuiſſet, hoc pacto, dat ipſi dona, agrum amplius non diripi, & equum, & tunicam, & torquem. nunc verò cum antea dixiſſet vſitata dona, vltimum importauit eò peregrinum & inſuetum. ex quibus omnibus collecta eſt venuſtas.

Figuris

Verborum

Replicatione, ἀναδιπλώσει. Vt apud Sapphonem quodam loco ſponſa ad Partheniam inquit, Παρθενία παρθενία ποῖ με λιποῦσα οἴχῃ, Hæc autem reſpondet ipſi eadem figura. Οὐκ ἔτι ἥξω πρὸς σὲ, οὐκ ἔτι ἥξω. Maior enim venuſtas apparet, quàm ſi ſemel dictum eſſet & ſine figura. Atqui replicatio ad res exacerbandas potius inuenta videtur. Hæc vero & grauiſſimis rebus abutitur ad venuſtatem.

Relatione, ἀναφορᾷ. Vt Sappho de veſpere. Εσπερε πάντα φέρεις, φέρεις οἶνον, φέρεις αἶγα, φέρεις ματέρι παῖδα. Etenim hic lepos exiſtit è voce illa, φέρεις, quæ ad idem refertur.

Tranſlatione, μεταφορᾷ. Vt de cicada. πτερύγων δ' ὑποκακχέει λιγυρὰν ἀοιδὰν. Ο, τι ποτ' ἂν φλόγιον καχέταν, ἐπιπτάμενον καταυδεῖν.

Iuncto verbo & dithyrambico. Δέσποτα πλούτων μελανοπτερύγων, τοῦτι δεινὸν πρὸ πτερύγων αὐτὸ πόνησον. Quæ maxime accommodatæ comœdijs ſunt & ſatyrorum fabulis luſiones.

Vulgari nomine. Vt cum Ariſtoteles inquit. ὅσῳ γὰρ μονώτης εἰμὶ, φιλομυθότερος γέγονα. Illud enim, μονώτης. conſuetudinis idiotarum iam eſt.

Facto nomine & illo ipſo tempore conformato. Vt idem Ariſtoteles. ὅσῳ γὰρ αὐτίτης καὶ μονώτης εἰμὶ, φιλομυθότερος γέγονα. Illud enim, αὐτίτης, factũ eſt ex αὐτὸς.

Applicato nomine. Vt, ὁ γὰρ ὄρνις οὗτος κόλαξ ἐστὶ καὶ κόλακος. Hic enim lepos exiſtit ex eo quòd in auem luſit, vt in hominem, & quòd minime vſitata verba attribuit aui.

Forma

Sententiarum

Collatione, παραβολῇ. Vt

Sappho de Perrocho, qui antistat ceteris sui generis hominib. πέρροχος ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ὁ λέσβιος ἀλλοδαποῖσιν. Hic enim leporem potius genuit Collatio, quam magnitudinem. atqui licebat ipsi dicere: Perrochus veluti luna alijs sideribus, vel sol splendidior: aut quæcunque alia magis propria poetarum.

Sophron, Θᾶσαι ὅσα φύλλα κ̀ κάρφεα τοὶ παῖδες τοὺς ἄνδρας βαλλίζοντι οἷόνπερ φαντὶ φιλατὺς τρῶας, τὸν αἴαντα τῷ πάλῳ. etenim hic venusta est Collatio, & quæ illudit Troianis tanquam pueris.

Immutatione consilij. Vt

Sappho, nam hæc venustas est proprie Sapphica, cum scilicet aliquo iam dicto mutarit animum, & tanquàm pœnituerit ipsam dixisse: ceu inquit, Alte iam superliminare extollite fabri. gener ingreditur æqualis Marti: viro magno multo maior. tanquam reprehendés seipsam, quòd impossibili vsa est Hyperbole & quòd nullus Marti æqualis est.

Illud veteris scriptoris de Telemacho, quòd δύο κύνες ἐδέξατο πρὸ τῆς αὐλῆς, κ̀ δύναμαι κ̀ τὰ ὀνόματα εἰπεῖν τῶν κυνῶν. ἀλλὰ τί ἂν μοι βούλοιτο τὰ ὀνόματα ταῦτα. etenim hic mutato cõsilio simul vrbanæ lusit et cum reticuisset nomina canum.

Versu alieno. Vt Aristophanes irridens quodã loco Iouem, quòd non fulminibus appetit prauos, inquit: Ἀλλὰ τὸν ἑαυτοῦ νεὼν βάλλοι κ̀ σούνιον ἄκρον Ἀθηνῶν: tanquam igitur non amplius Iupiter notari videtur, sed Homerus & versus Homericus; & ex hoc maior existit lepos.

Allegoria quemadmodum illud.

Δελφοὶ παιδίον ὑμῶν ἁ κύων φέρει.

Sophronis

De senib. Ενθάδε ὧν κ' ἦνιῶ πὰρ ὔμμε τὼς ὁμότριχας ἐξορμίζομαι, πλόον δοκα ὤν: ποντίναι γὰρ ἤδη τοῖς ταλικοῖς δεταὶ ἄγκυραι.

De mulierib. tanquam de piscib. Σωλῆνες γλυκύκρεον κογχύλιον χηρᾶν ἱμαικῶν λιχνεύμασιν. & aptiora mimis huiuscemodi omnia & obscena sunt.

Præter expectationẽ, in quo aliquãdo inclusa est inconsequẽtia, quę griphus appellatur. Vt illud

Cyclopis. q̃ postremum comedam Vtin. Nõ enim expectabat tale munus aut Vlysses, aut qui legit.

Aristophanis de Socrate. κάμψας ὀβελίσκον, εἶτα διαβήτην λαβὼν, ἐκ τῆς παλαίστρας θοιμάτιον ὑφείλετο. Iã enim ex duob. locis hic extitit venustas. nõ. n. solũ præter expectationẽ id illatum est, sed neq; respondit priorib. huiuscemodi aũt inconsequẽtia vocatur griphus, quemadmodũ Bulias qui apud Sophronẽ oratorem agit. nihil enim dicit, quod cohęreat sibijpsi: & apud Menãdrum itidem prologus Messeniæ.

Membris similib. Vt Aristoteles: Ἐκ μὲν Ἀθηνῶν ἐγὼ εἰς Στάγειρα ἦλθον, διὰ τὸν βασιλέα τὸν μέγαν: ἐκ δὲ Σταγείρων εἰς Ἀθήνας, διὰ τὸν χειμῶνα τὸν μέγαν. Cũ enim desierit in ambob. mẽbris in idẽ nomen, procreauit venustatẽ. qđ si dempseris ex alterutro mẽbro illud, μέγαν, simul sustuleris leporem.

Accusationib. latentib. quæ quandoq. similes sunt leporib. quemadmodũ apud Xenophontem Heraclides. qui viuebat cũ Seuthe, accedens ad singulos cõuiuas, & hortãs illos, vt dono darent Seuthi, quod quisq. eorum haberet. Hæc enim & venustatem aliquam præ se ferunt, & accusationes tectæ sunt.

Elegans.

- Rebus
  - Ex prouerbio. Natura enim venusta res est. Vt Sophron, qui duobus prouerbijs, & tribus superinductis vtitur, vt lepores sibi numero crescant. fermeq; cuncta ex fabulis ipsius prouerbia licet seligere.
    - Μενεπινς ὁ τὸν πατ. ξαπνίζων.
    - Ex vngue leonem pinxit.
    - Torynan edolauit.
    - Cuminum secuit.
  - Ex fabula
    - Vetere & recepta. Vt Aristoteles de Aquila inquit, quòd fame perit, rostrum intorquens. ita autem plectitur, quia cum olim homo esset, iniuria hospitem affecit. Hic igitur vetere fabula vsus est & communi.
    - Noua & tunc primum efficta. Veluti quidam de fele dicens, quòd vna cum Luna extenuaretur, & pinguesceret, adfinxit. hinc & fabula exorta, quòd Luna peperit felem. Non enim tantum ex ipso commento extitit lepos, sed etiam fabula præ se fert lepidum quiddam, quæ facit felem Lunæ filium.
  - Ex timore immutato. Quando frustra aliquis timuerit, veluti cingulum vt serpentem, vel furnum vt hiatum. Quæ sane & ipsa magis apta comœdijs sunt.
  - Ex imaginib. Vt si gallum gallinaceum Medo similem dicas, quia cristam rectam fert, Regi autem, quia purpureus est: vel quia cum clamarit gallus desilimus electo, non secus atque cum rex clamat, & metuimus.
  - Ex hyperbolis, quę cernūtur in
    - Comœdijs Vt illud
      - Aristophanis de ingluuie Persarum. quòd assabāt boues in furno pro panib.
      - Cniusilā, de Thracibus. quòd Medoces rex integrum bouem gestabat in mala.
    - Prouerbijs: Vt
      - Magis sanus coloquinta.
      - Magis caluus serenitate.
      - Illa Saphonis.
        - Multo pacti de in cantu suauior.
        - Magis aurea auro.
    - Omnes hi lepores ex Hyperbolis aucti sūt, & si discrepant inter se. Differunt autem inter se

- Lepidum
  - Materia. huius enim sunt
    - Nympharum horti.
    - Cupidines.
  - Locutione, quæ fit per nomina pulchra, quæ in primis pariunt leporem, ceu illa.
    - Ποικίλλεται μὲν γαῖα πολυστέφανος, Χλωρηίς ἀηδών.
  - Voluntate. Qui enim veneres ac lepores orationis sectatur, oblectare animos eorum, qui audiunt, ac suauitate aspergere honeste vult. Venustatem autem laus consequitur.
  - Loco aliquando in
    - Satyro.
    - Comœdia.
    - Tragœdia.
  - Imaginib. quæ sunt in scommatis & dicacitate: Oppositio enī faceta. Vt
    - Aegyptia clematis: de longo, & atro homine.
    - Marina ouis. de stulto in mari.
    - Huiusmodi dicta cōsectabimur: ne in conuicia, & petulantes voces delabamur.
  - Nominib. pulchris secundum
    - Grāmaticos vel ad
      - Iucūditatem in
        - Aspectu. Vt illa
          - Ροδόχροον
          - Ανθοφόρα χρόας.
        - Auditu Vt
          - Καλλίστρατος.
          - Αννοῶν.
          - Δημοσθένην, pro Δημοσθένη.
          - Attici enim ob suauem sonum, ν, literam attrahunt.
          - Cōcursus enī eorū λλ, & νν sonorum quiddam habet.
      - Honestatem in sententia. Vt Αρχαῖοι pro παλαιοί. ἀρχαῖοι enim homines pleniores honoris sunt.
    - Musicos apud quos dicit quoddā nomen.
      - Leue, quod p vocales editur, aut
        - Omnes.
        - Plures.
        - Vt Αἴας. Hæc sola nomina ex omnib. sumenda, vt elegās quiddam habentia.
      - Asperū. Vt, βέβρωκε. Et ipsum vtique hoc asperum nomen imitatione suijpsius prolatum.
      - Compactum. quod & leuitatem in se & asperitatem habet, mixtumq; æqualiter literis.
      - Tumidū, qđ est in trib.
        - Latitudine.
        - Longitudine.
        - Fictione.
        - Vt βροντά pro βροντή. etenim asperitatē ex priore syllaba hēt, & ex secūda longitudinem quidē propter productā latitudinē aūt propter consuetudinē Dorū. lata enī oīa loquunt̄ Dores. Quare neque cū aliquos notabāt, vtebant̄ Dorico sermone, sed amare Atticisiabāt, Lingua enī Attica, rotundū quiddam habet & populare, & huiuscemodi vrbanitatibus aptum.

Forma

- Ridiculũ
  - Materia. huius enim ſunt
    - Irus.
    - Therſites.
  - Locutione, quæ fit per nomina humilia & communiora. cuiuſmodi eſt: ὅσον γὰρ αὐτίτης καὶ μονώτης εἰμί, φιλομυθότερος γέγονα. Deletur autem omne ridiculum ab ornatu locutionis, & pro ridiculo miraculum efficitur. Lepores enim ſunt cum modeſtia. Ornare autem verbis ridicula ſimile eſt atque ſimiam expolire. Quare & Sappho de pulchritudine canens vtitur verbis pulchris, & tota ſuauis eſt: & de Cupidinibus vtique, & de aere, & de halcyone, & omne pulchrum nomen intextum eſt in ipſius poeſi: nonnulla autem & ipſa fabricata eſt. aliter autem irridet agreſtem ſponſum, & ianitorem qui verſatur in nuptijs, valde humiliter & pedeſtribus potius nominibus quàm poeticis. quapropter magis licet hæc ipſius poemata loqui, quàm canere: neque vllo pacto accommodare ad chorum vel ad lyram, niſi ſit aliquis chorus. qui loquatur.
  - Voluntate. Qui enim riſum ſcurrilibus quibuſdam dictis mouet, irrideri & contemptui eſſe non recuſat. Ridiculis autem comitatur riſus.
  - Loco in
    - Satyro. } plerunque.
    - Comœdijs. } plerunque.
    - Tragœdijs nunquam.
  - Tempore in
    - Feſtis diebus.
    - Conuiuijs.
    - Increpationibus aduerſus delicatiores. Vt
      - Telauges thylacus.
      - Cratetis poetica.
      - Lentis laudatio. ſi eam legerit aliquis ad luxurioſos.
      - Cynica ratio. Etenim huiuſcemodi ridicula præcepti ordinem adſumunt, & ſententiæ.
  - Declaratione morũ ſintne illi hoĩes vel
    - Feſtiui ingenij.
    - Rudes & agreſtes
    - Intemperantes, &c.

Elegans.

- In compositione. de qua non est sane procliue disputare, cum è veteribus scriptoribus nemo adhuc de ea quicquam tradiderit. Ea tamen venustatē fortasse habebit, si concinnata erit ex
  - Versibus siue
    - Integris.
    - Dimidiatis.
    - Non tamen vt ipsi intelligantur esse versus in connexione orationis. sed si separarit aliquis singillatim illos & distinxerit, tunc demum à nobis ipsis deprehendatur esse versus.
  - Ijs, quæ versuum similitudinem habeant. latenter autem irrepit venustas ex huiusce modi voluptate. Et plurima qdem huiuscemodi species est apud
    - Peripateticos: Vt Dicæarchum. ἐν Ἐλαίᾳ τῆς Ἰταλίας πρεσβύτlω ἤδη τlὼ ἡλικίαν ὄντα. Amborum enim membrorum exitus quiddam continent, quod similitudinem habet versus. ob connexionem autē & continuationem occulitur, quod simile illic versui est: voluptas vero non parua subest.
    - Platonem, qui in multis ipso numero elegās est, extenso quodāmodo, & neque sessionem habente, neque longitudinem. horum enim alterum subtile est & graue: longitudo vero magnificum. tanquam alicui rei lubricę similia sunt mēbra, & neque versib. omnino, neque orationi remotæ à versu, ceu illud ———
      - In disputatione de musica. Νῦν δὴ ἐλέγομεν. Μινυρίζωντε καὶ γεγανωμένος ὑπὸ τῆς ᾠδῆς διατελεῖ τὸν βίον ὅλον. Τὸ μὲν πρῶτον, ἔτι θυμοειδὲς ἄχεν, ὥσπερ σίδηρον ἐμάλαξεν. Sic enim elegās & canorum aperte. si autem euersa compositione illa dixeris, ἐμάλαξεν ὥσπερ σίδηρον, uel διατελεῖ ὅλον τὸν βίον, abstuleris ex oratione omnem leporem, qui in ipso numero manet. non enim ullo modo in sententia, neque in singulis verbis.
      - De musicis instrumētis
        - Λύρα δή σοι λάπεται κατὰ πόλιν. Si enī euersa coagmentatione illa dixeris, κατὰ πόλιν λάπεται, efficies quiddam simile ei, qui longealiam structuram sequatur.
        - Καὶ ἂν κατ' ἀγροὺς τοῖς ποιμέσι σύριγξ ἄντις ἄη: extensione enim & longitudine valde venuste imitatus est aliquo modo sonū fistulę. erit autē id planum, si aliquis mutata cōpositione idem dixerit.
    - Xenophontem.
    - Herodotum.
    - Demosthenem.

Mala affectatio.

Eleganti formæ propinqua est vitiosa quædam, quæ à Græcis *κακόζυλος*, à Quintiliano mala affectatio appellatur. Nascitur vero & ipsa ex tribus

1 Sententia. quemadmodum qui dixit,
- Centaurns seipsum equitans.
- Cum vellet Alexáder in Olympico certamine currere, Alexander curre matris nomen.

2 Nominibus. ceu
- Si quis diceret, Risit rosa suauicolor. T. anslatio enim illa, risit, valde præter id, quod decet, sumpta est. Et illud verbum compositum, suauicolor, ne in poemate quidem aliquis poneret bene sanus.
- Quidam dixit, quòd Subfistulabat pinus auris.

3 Compositione. quæ sit
- Anapæstica.
- Maxime similis fractis & sine vlla dignitate versib. qualia maxime sunt Sotadea, vt mollia
  - Σχύλας καύμαλι κάλυψον.
  - Σέων μελίῳ πηλιάδα, δεξιὸν κατ᾽ ὦμον, pro illo, σέων πηλιάδα μελίην κατὰ δεξιὸν ὦμον. versus enim videtur in aliam formam mutatus, vt illi qui feruntur è maribus in feminas conuersi.

Forma tenuis.

Forma tenuis, ἰσχνὸς λόγος, in trib. cernitur,

1 Sententia. quæ habeat res quasdam pusillas & formæ huic accommodatas. Vt quod est apud Lysiam: Οἰκίδιον ἔστι μοι διπλοῦν, ἴσα ἔχων τὰ ἄνω τοῖς κάτω.

2 Locutione. quæ

- Constet nominib.
  - Proprijs.
  - Ex consuetudine. Quod enim non discedit à consuetudine, est omnibus tenuius: quod vero extra consuetudinem est & translatum, idem magnificum.
  - Non duplicibus.
  - Non factis.
    - Hæc enim Magnificæ formæ conueniunt.
- Plana sit. quæ tunc erit, si
  - tatur
    - Proprijs.
      - Obscurum est. incerta enim singulorũ membrorum principia propter dissolutionem, quemadmodum Heracliti scripta. etenim hæc tenebricosa efficit magna ex parte Dissolutio.
      - Magis conuenit contentionibus.
      - Histrionica vocatur huiusmodi locutio. excitat enim actionem Dissolutio. Quod exemplo hoc intelligitur: Ἐδεξάμην, ἔτικτον, ἐκτρέφω φίλε. Sic enim Dissolutum coget eum etiã, qui nolit, actu adiuuare propter Dissolutionem. Si vero colligata oratio ne illa dixeris, Ἐδεξάμην, καὶ ἔτικτον, καὶ ἐκτρέφω, multam vacuitatem affectuum ui earum copularum eo conijcies. omne autem, quod est vacuum ab affectibus, est remotum ab actione. Sunt autẽ & aliæ animaduersiones histrionib. aptæ, veluti & Ion apud Euripidem, qui arcum arripit, & cycno minatur qui, stercore inquinãti simulacra deorum. etenim motus multos præbet histrioni cursus ad arcum, & vultus elatio ad cœlum personæ loquentis cum cycno, & reliqua omnis conformatio, ficta ad ornandum histrionem. Verum non est nobis nunc propositum de studio histrionum agere.
      - Non cõuenit scriptionibus, quæ connexæ esse debent, & tãquam munitæ Cõiunctionibus. Ideo
        - In Menandro actorum opera vtũtur, qui est ĩ multis partibus dissolutus.
        - Philemonem legũt, qui Dissolutionẽ fugit.
    - copulatis. nã, quod est Dissolutum,

Forma.

3 In constructione verborũ apta. q̃ quidẽ constat

- E pedibus. quorũ alij
  - Adhibendi; Vt Pæan ex sententia Aristotelis. cuius species duæ,
    - Procatarctica, principijs conueniens, cuius initium est syllaba longa, tres vero breues terminant, vt huiuscemodi, ἤρξατο.
    - Catalectica, clausulæ accommodata, superiori opposita, cuius initiũ sunt tres breues, terminat autẽ vna longa, vt, ἀράβια.

    Vtriusque exemplum erit illud Thucyd, ἤρξατο δὲ τὸ κακὸν ἐξ Αἰθιοπίας. Qua igitur potissimũ de causa Aristoteles sic præcepit? quia oportet & frontem membri, & principiũ magnificum statim esse, & finem. Hoc autem erit, si à longa inceperimus, & in longam desierimus: natura enim amplum longa syllaba, & initio edita ferit statim: & claudens, in magno quodam relinquit auditorem. omnes enim proprie primorũ & postremorum recordamur, & ab his mouemur. ab his autem, quæ in medio sunt, minus, tanq̃ coopertis & deletis. Apertum autem hoc in scriptis Thucydidis: ferme enim omnino magnificũ in omnib. ipsi facit numeri lõgitudo: & prope dici potest, cũ huic viro vbique sit magnificũ quiddam, cõpositionem hanc solam, aut præter cetera, gignere qđ maximũ apud eũ est. Oportet sane cogitare, quòd si non exquisite valemus membris apponere Pæonas, vtrinq; ambos, pæoniciam tamen omnino faciemus compositionem: ceu, à longis incipientes, & in lõgas desinentes. hoc enim Aristoteles præcipere videtur: q̃ tamẽ duplex illud genus Pæonis in arte tradidit, vt esset in ea re exquisitus. Quapropter Theophrastus exẽplum ponit magnificentiæ in oratione hoc mẽbrum: Τῶν μὲν περὶ τὰ μηδενὸς ἄξια φιλοσοφούντων. Non enim e Pæonibus exquisite cõstat, sed pæonicũ quiddã est. Recipiamus igitur Pæonem in orationẽ, quia mixtus quidam est & tutior: quod magnificũ in ipso est, à longa sumẽs: aptum vero illud orationi, à breuibus.
  - Nonadhibendi, Vt
    - Herous, qui est grandis, & non accommodatus orationi, sed sonorus: neq; numerosus, sed extra numerum: quemadmodum hic, ἧκεν ἡμῶν εἰς τὴν χώραν. Crebritas enim longarum syllabarum cadit extra mensuram orationis.
    - Iambus. quia humilis est, & multorum locutioni similis. multi sane versus iambicos fundunt, non intelligentes: Pæon autem, medius amborũ & moderatus, & tanquam temperatus.
- E mẽbris lõgioribus. ceu
  - Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων, καὶ Ἀθηναίων.
  - Ἡροδότου Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε.

  Celeriter enim reticere in mẽbrum breue, conterit orationis granditatem, etiam si sententia, quæ subest, magnifica fuerit: & eodem pacto verba.

Magnifica.

Ex circuitu quodam ſententiarum & circunductu in dicendo. Vt Thucydides: Ὁ γὰρ Ἀχελῷος ποταμὸς ῥέων ἐκ Πίνδου ὄρους διὰ Δολοπίας καὶ Ἀγριανῶν καὶ Ἀμφιλόχων καὶ διὰ Ἀκαρνικοῦ πεδίου ἄνωθεν παρὰ Στράτον πόλιν ἐς θάλασσαν διεξιεὶς παρ᾽ Οἰνιάδας, καὶ τὴν πόλιν αὐτοῖς περιλιμνάζων, ἄπορον ποιεῖ ὑπὸ τοῦ ὕδατος ἐν χειμῶνι στρατεύειν. Vniuerſa enim hæc magnificentia ex circunductu extitit, & ex eo, quod uix requieuit & qui dicit & qui audit. Quòd ſi hoc pacto, diſſoluto illo, dicat aliquis: Ὁ γὰρ Ἀχελῷος ποταμὸς, ῥεῖ μὲν ἐκ Πίνδου ὄρους, ἐκβάλλει δὲ παρ᾽ Οἰνιάδας ἐς θάλασσαν: πρὸ δὲ τῆς ἐκβολῆς, τῶν Οἰνιαδῶν πεδίον λίμνην ποιεῖ, ὥστ᾽ αὐτοῖς πρὸς τὰς χειμερινὰς ἐφόδους τῶν πολεμίων ἔρυμα καὶ πρόβλημα γίνεσθαι τὸ ὕδωρ. Si inquam hoc pacto immutato illo aliquis idem verbis exponat, multas quidem requietes præbebit orationi: magnitudinem autem inde auferet. Quemadmodum enim longas vias frequentia diuerſoria paruas efficiunt; ſolitudines vero etiam in paruis vijs, ſpeciem quandam retinent longitudinis: idem & in membris fieret.

Ex aſperitate compoſitionis. Vt

Homerus. Αἴας δ᾽ ὁ μέγας αἰὲν ἐφ᾽ Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ. Aliter enim fortaſſe moleſtus auribus eſt literarum concurſus: exuperantia autem demonſtrans magnitudinem herois. leuor enim, & iucundum auribus quod eſt, non valde in magnificentia locum habent, niſi alicubi in paucis.

Thucydides, qui vbique fere fugit leue & æquabile compoſitionis, & ſemper potius offendenti ad aliquam rem ſimilis eſt, quemadmodum qui per aſperas vias iter faciunt, vt cum dixerit quod, τὸ μὲν δὴ ἔτος ὡς ὡμολόγητο, ἄνοσον ἐς τὰς ἄλλας ἀσθενείας ἐτύγχανεν ὄν. facilius enim & ſuauius ſic aliquis dixiſſet, quod ἄνοσον ἐς τὰς ἄλλας ἀσθενείας ὂν ἐτύγχανεν: ſed ſuſtuliſſet ipſius magnificentiam. Quemadmodum enim nomen aſperum magnitudinem molitur, ſic compoſitio. nomina autem aſpera, & κεκραγὼς pro βοῶν, & ῥηγνύμενον pro φερόμενον: quibus omnibus Thucydides vtitur, ſimilia captans nomina compoſitioni, & nominibus compoſitionem.

Forma

Prima ponamus, quę non valde euidentia sunt, secunda autem, & postrema, quæ euidentiora. sic enim & primum audiemus vt euidens. Sin, videbimur defecisse, & tanquam decidisse à validiore ad infirmũ. Vt

Quod apud Platonem dicitur. quòd, ἐπὰν μέν τις μουσικῇ παρέχῃ καταυλεῖν κὶ καταχεῖν τῆς ψυχῆς διὰ τῶν ὤτων. secundum enim multo euidentius priore. Et rursus progressus inquit, Ὅταν δ᾽ ἐπέχων μὴ ἀνίῃ, ἀλλὰ κηλῇ, τὸ δὴ μετὰ τοῦτο ἤδη τήκει κὶ λείβει. illud enim λείβει significantius est & propinquius poemati. Si autem ante ipsum protulisset infirmius illud, τήκει, postea positum, visum fuisset.

Homerus de Cyclope, qui semper auget hyperbolem: οὐ γὰρ ἐῴκει Ἀνδρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι, & præterea celsi montis, & qui superet alios montes. semper enim quamuis magna existentia priora, minora videntur, cum maiora ipsis sunt, quæ inferuntur.

Ordine seruando, vt scilicet

Cōiunctiones

Non valde reddamus exquisite, ceu coniunctioni μέν coniunctionem δὲ. minutum enim est, quicquid exquisitum est, sed & inordinatius aliquo modo ipsis vti. quemadmodum alicubi Antiphon dicit: Ἡ γὰρ νῆσος ἣν ἔχομεν, δήλη μὲν κὶ πόρρωθεν ἐστιν ὑψηλὴ κὶ τραχεῖα. κὶ τὰ μὲν χρήσιμα κὶ ἐργάσιμα μικρὰ αὐτῆς ἐστι, τὰ δὲ ἀργὰ πολλὰ σμικρᾶς αὐτῆς οὔσης. Tribus enim coniunctionib. vna, δὲ, redditur.

Crebras deinceps ponamus, quæ parua efficiunt magna, vt apud Homerum Bœoticorum oppidorum nomina, humilia existentia & parua, molem quandam habent & magnitudinem propter coniunctiones deinceps tot positas. Vt in illo: Σχοῖνόν τε, σκῶλόν τε, πολύκνημόν τ᾽ ἐτεωνόν.

Expletiuas adhibeamus non tanquam additamenta inania, & veluti adnata, aut notas vngue impressas. quemadmodum quidam copula, δή, vtuntur nullum ob finem, & νυ, & πότερον, sed si prosint aliquid magnitudini orationis. Vt apud Platonem, Ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεύς. & apud Homerum, Ἀλλ᾽ ὅτε δὴ πόρον ἷξον ἐϋρρεῖος ποταμοῖο. initijs enim apta coniunctio illic posita, & quæ distrahat à priorib. ea, quæ sequuntur, amplum quiddam molita est. multa enim initia granditatem moliuntur. Si autem sic dixisset, Ἀλλ᾽ ὅτε ἐπὶ τὸν πόρον ἀφίκοντο τοῦ ποταμοῦ, de pusillis rebus loquenti par fuisset, & præterea vt de vna re dicenti. Sumitur autem & in patheticis sæpe coniunctio hæc. ceu in illo Calypsonis ad Vlyssem, Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν᾽ Ὀδυσσεῦ, Οὕτω δὴ οἶκόνδε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν. Si igitur coniunctionem sustuleris, vnà cum ea tolles & affectum. ad summam enim quemadmodum Praxiphanes affirmat, pro suspirijs assumebantur hæ coniunctiones, & gemitibus. sic illud αἲ αἲ, & illud φεῦ. & quale est, vt ipse inquit, illud Καὶ νὺξ ὀδυρομένοισι, quod habet uim ac speciem quandam miserabilis nominis. Qui autem nullam ob rem inferciunt, inquit, copulam, similes sunt histrionibus, qui hoc & hoc ob nullũ verbum dicunt. ceu siquis sic dicit, Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα, πελοπείας χθονὸς φεῦ Ἐντ᾽ ἀντιπόρθμοις πεδί᾽ ἔχουσ᾽ εὐδαίμονα. αἲ αἲ. Vt enim abundat illud αἲ αἲ, & illud φεῦ hic, sic & vbique frustra inculcata coniunctio.

Magnifica.

Figura locutionis

Anthypallage, Vt Homerus. Οἱ δὲ δύω σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει. Multo enim amplius sic immutato casu, quàm si sic dixisset, Τῶν δὲ δύω σκοπέλων, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν: ex consuetudine enim dictum esset. omne autem, quod consuetudine fit, pusillum est. vnde & vacuum ab admiratione.

Relatione, & Dissolutione, Επαναφορᾷ καὶ Διαλύσει, Vt Homerus, qui Nireum ipsumq; existentem paruum, & res ipsius magis paruas, tres naues & paucos homines, magnum ipsum, & illas itidem magnas fecit, & multas ex paucis, figura hac duplici & mixta vsus: inquit enim Νιρεὺς τρεῖς νῆας ἄγεν: Νιρεὺς Ἀγλαΐης υἱός τε: Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ. Relatio enim illius vocis ad idem nomen Nireum, & Dissolutio, multitudinem quādam præ se ferunt rerum, etsi illæ duæ tres ue sunt. Et ferme cum semel Nireus nominatus sit in poemate, recordamur illius nihilominus, quàm Achillis & Vlyssis: & si illi in singulis pene versibus appellati sunt. causa autē huius est figuræ uis. Si autem sic dixisset, Νιρεὺς ὁ Ἀγλαΐας υἱὸς ἐκ Σύμης τρεῖς νῆας ἦγεν, visus aliquo modo esset Nireum siluisse. Quemadmodum enim in conuiuijs pauca, ordinata aliquo modo, multa vidētur, sic & in oratione. Et quod dixit, Κυρτά, φαληριόωντα, sublatione coniunctionis καὶ, amplius euasit, magis, quam si dixisset, Κυρτὰ καὶ φαληριόωντα.

Connexione, συναφείᾳ, quæ est contraria Dissolutioni, & multis locis magnitudinis causa fit. ceu Εστρατεύοντο Ἕλληνές τε καὶ Κᾶρες, καὶ Λύκιοι, καὶ Πάμφυλοι, καὶ Φρύγες. Eiusdem enim coniunctionis positio præsefert infinitam quandam multitudinem.

Non manendo in eodem casu, μηδὲ ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένειν πτώσεως. Vt Thucydides, Καὶ πρῶτον ἀποβαίνων ἐπὶ τὴν ἀποβάθραν, ἐλειποψύχησέ τε, καὶ πεσόντος αὐτοῦ ἐς τὴν παρεξειρεσίαν, multo enim sic amplius, quàm si in eodem casu sic dixisset, quòd ἔπεσεν εἰς τὴν παρεξειρεσίαν καὶ ἀπέβαλε τὴν ἀσπίδα.

Conduplicatione, ἀναδιπλώσει. quæ alicubi effecit magnitudinem. Vt Herodotus quodam loco inquit, Δράκοντες δὲ ἦσαν ἐν τῷ Καυκάσῳ μέγεθος καὶ μέγεθος καὶ πλῆθος. bis enim prolatum, μέγεθος, tumorem quendam locutioni addidit.

Vti sane figuris oportet non crebris. ineptum enim & præseferens quandā orationis inæquabilitatē. Prisci igitur, qui multas figuras in oratione posuerūt, propius accedunt ad consuetudinem, quàm qui nunc nullis figuris vtuntur: quia artificiose ipsas in oratione ponebant.

Nota

- Cócursu vocalium, qui neque penitus & vsque quaque est
  - Consectandus, vt sonoram facias compositionem, temere ipsas committens, & vt casus tulit. diuulsioni enim orationis hoc simile est, & dissectioni.
  - Fugiendus, vt fecit Isocrates, & qui ab eo profecti sunt. leuior enim sic erit fortasse compositio; eadem tamen suauitatis expertior & plane muta, cum multa vocis dulcedine priuata sit, quæ oritur ex concursu. Considerandum autem primum quòd & consuetudo ipsa coniungit literas has in nominibus, & si illa studet in primis suauitati vocis, vt in Αἰακός, & χιών. multa autem ex solis vocalibus cōponit nomina, ceu Αἰαίη, & Εὔιος. nihilo autē asperiora sunt alijs hęc, sed fortasse suauiora. Illa vero poetica, Ἠέλιος, diuisum & concursum passum de industria suauiorem vocem habet, quàm ἥλιος, & ὀρέων quàm ὀρῶν. habet enī quandam dissolutio & cōcursus tanquam cantilenam adnatam. Multa autem & alia in coitu literarū dicta aspera erant: diuisa aūt & concursum passa, suauiora facta sunt. Vt illud, Πάντα μὲν τὰ νέα καὶ καλά ἐστιν. Si vero extritis illis dixeris, καλᾶστιν, asperius erit qđ dicitur & humilius. In Aegypto autē & deos septem vocalib. sacerdotes celebrant, deinceps ipsas sonantes & pro tibia, & pro cithara literarum harum sonus auditur ob suauitatē vocis, quam in se habēt. Quapropter qui eximit cōcursum, nihil aliud quàm cantū eximit ex oratione & musam.
- Fit autē tū per
  - Longas vocales, siue
    - Easdem, cum videlicet eędem, concurrunt
      - H cum η. Vt illud Thucydideū, μὴ ἤπειρος εἶναι.
      - ω cum ω. Vt illud Homericum, Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε. Etenī versus longitudinem quandā habuit ex cō cursu. & imitatus est lapidis illam in superiora lo ca lationē & vim ī ca re positā.
      - Et in cantilenis vtique melismata, ab vna fiūt eadem lōga litera, tanquam cantilenis adplicatis cātilenis. Quapropter similium cō cursus, parua quędam erit cantilenæ pars & melisma.
    - Diuersas, Vt Ἠώς.
  - Diphthongos. Concurrunt enim & diphthongi cum diphthongis. Vt illud Thucydideum, Ταύτην κατῴκησαν μὲν Κερκυραῖοι, οἰκιστὴς δὲ ἐγένετο.

Frigida.

Magnificæ formæ vicina eſt ea, quæ Frigida, ψυχρά, appellatur. quæ

Definitur ſic à Theophraſto. Frigidum eſt, quod excedit ſuam propriamq; enunciationem, ceu, ἀπωθάκωτος οὐ τραπεζοῦται κύλιξ : pro illo vſurpatum. ſine fundo calix in menſa non collocatur. Res enim, quæ parua eſt, non ſuſtinet tumorem tantum locutionis.

Naſcitur, vt Magnifica in tribus.

1 Sententia, quemadmodum de Cyclope, qui lapidem iecit in nauem Vlyſsis, quidam dixit, cum lapis ferretur, capræ in ipſo paſcebantur. Ex eo enim quod ſuperat modum in ſententia, quodq; item effici non poteſt, exoritur frigus.

2 Locutione. in qua naſcitur (vt Ariſtoteli placet) Frigidum quatuor modis,

1 In externis & peregrinis nominibus. Vt Lycophron, Xerxem virum πέλωρον.

2 In Epithetis. Vt Alcidamas, humidum ſudorem.

3 In Iuncto verbo. quando more dithyramborum iuncta fuerit duplicatio nominis, Vt ἐρημόπλανος dixit quidam. & quicquid aliud ita præter modum tumidum.

4 In Translatione. Vt, τρέμοντα καὶ ὠχρὰ τὰ γράμματα.

3 Compoſitione, cum

Non eſt numeroſa, ſed extra numerum eſt; & omnibus in partib. longum habet, veluti talis. Ηκων ἡμῶν εἰς τὴν χώραν. Πάσης ἡμῶν ὀρθῆς οὔσης. nihil enim habet aptum orationi, neque in tuto poſitum, propter continuationem longarum ſyllabarum.

Verſus continui ponuntur, quod faciunt nonnulli: & qui non tegantur à continuatione. Poema enim intempeſtiuum frigidum eſt: quemadmodum & quod ſuperat menſuram.

Forma

Paruis reb. adiungitur tumor. quod quidem ſimile eſt oſtentationi. qui enim homo glorioſus eſt, quæ ſibi bona non adſunt, iactat tamen ſe habere, & qui paruis rebus adiungit tumorem, & ipſe in paruis oſtentanti ſe ſimilis eſt: & demũ quale eſt, quod in prouerbio eſt, ornatum piſtillum, tale eſt & quod in locutione elatum eſt in paruis rebus. Hoc autẽ recte fit aliquando vel

Ioco, vt à Polycrate rhetore laudante ignobilem quempiam, tenuemq; hominem, vt ſi illuſtrem aliquam claramq; perſonam laudaret adhibitis antithetis, translationibus, & omnibus tropis aptis laudationibus. ludabat enim, non ſerio agebat: & ipſe ilie eius ſcriptionis tumor luſus eſt. ludere igitur liceat, vt aio: quod vero decet in omni re ſeruandum eſt, hoc eſt apte & accommodate ipſis, ſingulares res ſunt verbis exponendæ, exiles exiliter, amplæ vero ample. quemadmodum Xenophon de Teleboa amne, qui paruus & pulcher eſt, inquit: Οὗτος δὲ ποταμὸς ἦν, μέγας μὲν οὐ, καλὸς δέ. breuitate enim compoſitionis, & terminatione in δὲ, tantum non monſtrauit nobis paruum eum amnem fuiſſe. Alius autem quidam, loquens de fluuio ſimili Teleboæ, inquit: Ὁ ἀπὸ τῶν λαυρικῶν ὀρέων ὁρμώμενος ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν, tanquam de Nilo loqueretur præcipitante, aut de Iſtro cum irrumpit in mare. Omnia igitur hæc Frigus vocantur.

Neceſsitate. Fiunt enim parua magna, non ope eius, quod minime decet, ſed aliquando neceſſario. Vt cum imperatorem aliquem, qui res paruas ex ſententia confecerit, efferre volumus, tanquam magnas res feliciter adminiſtrarit. ceu quòd Ephorus Lacedæmone eum, qui delicate, & non ex inſtitutis illius telluris pila luſerat, virgis cæcidit. huic enim ſua ui paruo auditu exiſtenti granditatem acquirimus hoc pacto. Vt qui puſillos prauos mores impunitos relinquunt, viam maiorib. ſcelerib. aperiunt: & quòd ob paruas res contra leges commiſſas oportet punire magis, non ob magnas: & prouerbium fecimus: Principium vtique dimidium totius, tanquam ſimile illud ſit paruo malo: vel quòd nullum malum paruum eſt. Sic quidem liceat paruam victoriam magnam facere verbis, non tamen vt geras aliquid, quod minime deceat, ſed quemadmodum, quod magnum eſt, conteritur vtiliter ſæpenumero, ſic vtique & paruum extolli poterit.

Hyperbole vtimur, qđ vitium eſt omnium frigidiſsimum. Triplex autem eſt, aut enim editur per

1 Similitudinem. Vt illud, Θέειν ἀνέμοισιν ὁμοῖοι.

2 Exuperantiam. Vt illud, Λευκότεροι χιόνος.

3 Impoſsibile. Vt illud, Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη.

Omnis igitur Hyperbole cernitur aut

In Impoſsibili. Neq; enim niue candidius quicquam eſſe poteſt, neque Vento in curſu ſimile. Hæc tamen Hyperbole quæ dicta eſt, eximie nominatur impoſsibilis. quam potiſſimum ob cauſam maxime frigida videtur omnis Hyperbole, quia ei, quod effici non poteſt, ſimilis eſt.

In Ridiculo. Præter hoc enim maxime & comici Poetæ vtuntur Hyperbole. quia ex eo quod fieri non pōt, trahunt ridiculum. Quemadmodũ de Perſarum voracitate quidã dixit, rem ſine modo augens, quòd cãpos totos reliquijs ventris implebant. Et quòd boues in malis geſtabant.

In prouerbio. Vt

Magis caluus, quàm ſerenitas.

Magis ſanus, quàm coloquinta.

Auro magis aurea. Quod Sapphonis eſt, & ĩ Hypbole dicitur, nec effici pōt, niſi qđ ex eo ipſo, qđ effici nō pōt, venuſtatẽ in ſe habet, nō frigus. Quapropter maxime aliquis admiraretur diuinã Sapphonem, quòd re, quæ natura periculi plena eſt, & vix poteſt cũ laude tractari, vſa ſit eleganter.

Elegans.

Elegans & ornata oratio, γλαφυρὸς λόγος, Venere omni referta & salsa oratio est. Venustatum autem quædam sunt

- Maiores, & grandiores, quæ sunt poetarum. quib. vsus est Homerus
  - Ad dignitatem addendam & amplitudinem. Vt illud de Diana: Τῇ δέ θ' ἅμα νύμφαι παίζουσι: γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ. Et, Ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται: καλαὶ δέ τε πᾶσαι.
  - Ad exacerbandum, ac uim rebus addendam. & ludens poeta terribilior est. primusq; ipse videtur inuenisse terribiles lepores. ceu illud de maxime remota ab omni lepore persona, de Cyclope inquam: Οὖτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι. τοὺς δ' ἄλλους πρόσθεν. quod fertur Cyclopis munus. Non enim ita ipsum reddidit dirum ope aliorum, cum duos Vlysis socios deuorarit: neque ex ingenti illo lapide, quo pro foribus vtebatur: neque e baculo: vt ex hac vrbanitate. Vtitur autem huiuscemodi forma & Xenophon. & ipse quoque acerbitates inducit e leporibus: ceu de automata saltatrice: interrogatus à Paphlagone, num etiam mulieres sociæ ipsorum fuerint in bello, sane, inquit: hæ enim regem fugarunt. Duplex enim grauitas apparet ex ea venustate. vna quidem, quòd non mulieres secutæ sunt ipsos in bellum, sed Amazones: altera vero, in regem, si adeo imbecillus erat, vt à mulieribus in fugam verteretur.
- Humiles magis & magis comicæ, non discrepantes à vocib. dicacibus, neque longe absunt à scurrilitate. cuiusmodi videre est apud
  - Aristophanem.
  - Sophronem.
  - Lysiam, qui de anu protulit illud. Cuius facilius aliquis dentes numeraret, quàm digitos. Item, Quot dignus erat accipere plagas, tot accepit drachmas.

Forma

In rebus. ceu { Nympharum horti. | Hymenæi. | Cupidines. | Tota Sapphonis pöesis. } Huiuscemodi enim quamuis ab Hipponacte dicta fuerint, lepida sunt. & ipsa res hilaris sua sponte est. nemo enim canit Hymenæum iratus: neque Cupidinem Erinnym faciet ui locutionis aut gigantem: neque ridere plorare.

In verbis ornatuq; orationis, quæ & res {

Per se ipsas venustas, venustiores & elegantiores facit. ceu ὡς δ᾽ ὅτε Πανδαρέου κούρη χλωρηῒς ἀηδὼν Καλὸν ἀείδῃσιν, ἔαρος νέον ἱσταμένοιο. Hic enim & luscinia, est lepida auis: & ver, natura lepidum. multum tamen ornamenti acceperunt à locutione. & sunt venustiora, illud χλωρηῒς, & illud Πανδαρέου κούρη, dicere de aui: quæ scilicet poetæ propria sunt.

Natura iniucundas & odiosas hilares facit. Quod à Xenophonte videtur primum inuentum. cum accepisset enim expertem risus personam & odiosam, Aglaitadam Persam, risum inuenit ex ipso lepidum. Οτι ῥᾷόν ἐστι πῦρ ἐκτρίψαι ἀπὸ σοῦ, ἢ γέλωτα. Hæc autem est potentissima venustas, & quæ maxime est in arbitrio dicentis. res enim natura odiosa erat, & inimica leporis, quemadmodum & Aglaitadas. hic autem tanquam patefacit, quòd è talibus etiam rebus iocus elici potest, quemadmodum & à calido refrigerari, calefieri autem à frigidis rebus. }

In locis, quorum alij sunt in { Verbis ex {

Concisione. quando idem verbum dilatatum inuenustum factum fuerit, ob breuitatem autem venustum. veluti apud Xenophontem, Τῷ ὄντι οὐδὲν μέτεστι τῆς Ἑλλάδος: ἐπεὶ ἐγὼ αὐτὸν εἶδον ὥσπερ Λυδὸν, ἀμφότερα τὰ ὦτα τετρυπημένον. καὶ εἶχεν οὕτως. Quod enim adfugitur, illud inquam, εἶχεν οὕτως, ob concisionem venustatem gignit. si autem dilatatum fuisset pluribus verbis, quòd scilicet hæc vera sunt: plane enim aures habebat perforatas: narratio nuda fuisset pro venustate. Sæpe autem & duæ res per vnam ostenduntur ad venustatem pariendam. ceu de Amazone dormiente quidam inquit, quòd arcus intensus humi iacebat, & pharetra plena scutum sub capite. cingula autem non soluunt. in hoc enim & institutum commemoratum est de cingulo, & quòd illa non soluerat cingulum. duæ res per vnam expositionem. & ex hac concisione elegans quiddam natum est.

Ordine. idem enim primum quidem positum, vel medium, inuenustum fit: in fine autem venustum. ceu Xenophon inquit de Cyro. dat autem ipsi & dona, equum & tunicam & torquem, & agrum non amplius diripi. in his enim vltimum

timum

Elegans.

timum eſt, quod venuſtatem efficit: agrum non amplius diripi: propter nouitatem doni & proprietatem. Cauſa autem eſt locus venuſtatis. ſi enim primum poſitum fuiſſet, inuenuſtius vtique fuiſſet, hoc pacto, dat ipſi dona, agrum amplius non diripi, & equum, & tunicam, & torquem. nunc verò cum antea dixiſſet vſitata dona, vltimum importauit eò peregrinum & inſuetum. ex quibus omnibus collecta eſt venuſtas.

Figuris

Verborum

- Replicatione, ἀναδιπλώσει. Vt apud Sapphonem quodam loco ſponſa ad Partheniam inquit, Παρθενία παρθενία ποῖ με λιποῦσα οἴχῃ, Hæc autem reſpondet ipſi eadem figura. Οὐκ ἔτι ἥξω πρὸς σὲ, οὐκ ἔτι ἥξω. Maior enim venuſtas apparet, quàm ſi ſemel dictum eſſet & ſine figura. Atqui replicatio ad res exacerbandas potius inuenta videtur. Hæc vero & grauiſsimis rebus abutitur ad venuſtatem.
- Relatione, ἀναφορᾷ. Vt Sappho de veſpere. Εσπερε πάντα φέρεις, φέρεις οἶνον, φέρεις αἶγα, φέρεις ματέρι παῖδα. Etenim hic lepos exiſtit è voce illa, φέρεις, quæ ad idem refertur.
- Tranſlatione, μεταφορᾷ. Vt de cicada. πτερύγων δ' ὑποχαχέει λιγυρὰν ἀοιδὰν. Ο, τι ποτ' ἂν φλόγιον χαχέταν, ἐπιπτάμενον καταυδεῖν.
- Iuncto verbo & dithyrambico. Δέσποτα πλούτων μελανοπτερύγων, τουτὶ δεινὸν πρὸ πτερύγων αὐτὸ πόιησον. Quæ maxime accommodatæ comœdijs ſunt & ſatyrorum fabulis luſiones.
- Vulgari nomine. Vt cum Ariſtoteles inquit. ὅσῳ γὰρ μονώτης εἰμὶ, φιλομυθότερος γέγονα. Illud enim, μονώτης. conſuetudinis idiotarum iam eſt.
- Facto nomine & illo ipſo tempore conformato. Vt idem Ariſtoteles. ὅσῳ γὰρ αὐτίτης καὶ μονώτης εἰμὶ, φιλομυθότερος γέγονα. Illud enim, αὐτίτης, factũ eſt ex αὐτὸς.
- Applicato nomine. Vt, ὁ γὰρ ὄρνις οὗτος κόλαξ ἐστὶ καὶ κόλακος. Hic enim lepos exiſtit ex eo quòd in auem luſit, vt in hominem, & ꝙ minime vſitata verba attribuit aui.

Forma

Sententiarum

Collatione, παραβολῇ. Ut

Sappho de Perrocho, qui antiſtat ceteris ſui generis hominib. πέῤῥοχος ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ὁ λέσβιος ἀλλοδαποῖσιν. Hic enim leporem potius genuit Collatio, quam magnitudinem. atqui licebat ipſi dicere: Perrochus veluti luna alijs ſideribus, vel ſol ſplendidior: aut quæcunque alia magis propria poetarum.

Sophron, Θᾶσαι ὅσα φύλλα καὶ κάρφεα τοι παῖδες τοὺς ἄνδρας βαλλίζοντι ὥσπερ φαντὶ φιλατὺς τρῶας, τὸν αἴαντα τῷ πάλῳ. etenim hic venuſta eſt Collatio, & quæ illudit Troianis tanquam pueris.

Immutatione conſilij. Vt

Sappho, nam hæc venuſtas eſt proprie Sapphica, cum ſcilicet aliquo iam dicto mutarit animum, & tanquàm pœnituerit ipſam dixiſſe: ceu inquit, Alte iam ſuperliminare extollite fabri. gener ingreditur æqualis Marti: viro magno multo maior. tanquam reprehendēs ſeipſam, quòd impoſſibili vſa eſt Hyperbole & quòd nullus Marti æqualis eſt.

Illud veteris ſcriptoris de Telemacho, quòd δύο κύνες δέδεκτο πρὸ τῆς αὐλῆς, καὶ δύναμαι καὶ τὰ ὀνόματα εἰπεῖν τῶν κυνῶν. ἀλλὰ τί ἄν μοι θέλοιτο τὰ ὀνόματα ταῦτα. etenim hic mutato cōſilio ſimul vrbanæ luſit et cum reticuiſſet nomina canum.

Verſu alieno. Vt Ariſtophanes irridens quodā loco Iouem, quòd non fulminibus appetit prauos, inquit: Ἀλλὰ τὸν ἑαυτοῦ νεὼν βάλλοι καὶ σούνιον ἄκρον Ἀθηνῶν. tanquam igitur non amplius Iupiter notari videtur, ſed Homerus & verſus Homericus; & ex hoc maior exiſtit lepos.

Allegoria quemadmodum illud.

Δελφοὶ παιδίον ὑμῶν ἁ κύων φέρει.

Sophronis

De ſenib. Ἐνθάδε ὧν κἠγὼ παρ' ὔμμε τὼς ὁμότριχας ἐξορμίζομαι, πλόον δοκέων: ποντίναι γὰρ ἤδη τοῖς ταλικοῖς δὲ ταὶ ἄγκυραι.

De mulierib. tanquam de piſcib. Σωλῆνες γλυκύκρεον κογχύλιον χηρᾶν γυναικῶν λίχνευμασιν. & aptiora nimis huiuſcemodi omnia & obſcena ſunt.

Præter expectationē in quo aliquādo incluſa eſt inconſequētia, quę griphus appellatur. Vt illud

Cyclopis. ꝙ poſtremum comedam Vtin. Nō enim expectabat tale munus aut Vlyſſes, aut qui legit.

Ariſtophanis de Socrate. κάμψας ὀβελίσκον, εἶτα διαβήτην λαβὼν, ἐκ τῆς παλαίστρας θοἰμάτιον ὑφείλετο. Iā enim ex duob. locis hic extitit venuſtas. nō. n. ſolū præter expectationē id illatum eſt, ſed neq; reſpondit priorib. huiuſcemodi aūt inconſequētia vocatur griphus, quemadmodū Bulias qui apud Sophronē oratorem agit. nihil enim dicit, quod cohęreat ſibijpſi: & apud Menādrum itidem prologus Meſſeniæ.

Membris ſimilib. Vt Ariſtoteles: Ἐκ μὲν Ἀθηνῶν ἐγὼ εἰς Στάγειρα ἦλθον, διὰ τὸν βασιλέα τὸν μέγαν: ἐκ δὲ Σταγείρων εἰς Ἀθήνας, διὰ τὸν χειμῶνα τὸν μέγαν. Cū enim deſierit in ambob. mēbris in idē nomen, procreauit venuſtatē. qđ ſi dempſeris ex alterutro mēbro illud, μέγαν, ſimul ſuſtuleris leporem.

Accuſationib. latentib. quæ quandoq. ſimiles ſunt leporib. quemadmodū apud Xenophontem Heraclides. qui viuebat cū Seuthe, accedens ad ſingulos cōuiuas, & hortās illos, vt dono darent Seuthi, quod quiſq. eorum haberet. Hæc enim & venuſtatem aliquam præ ſe ferunt, & accuſationes tectæ ſunt.

Elegans.

- Ex prouerbio. Natura enim venusta res est. Vt Sophron, qui duobus prouerbijs, & tribus superinductis vtitur, vt lepores sibi numero crescant. fermeq; cuncta ex fabulis ipsius prouerbia licet seligere.
  - Μενεπίης ὁ τὸν πατ. ἐγα πνίζων.
  - Ex vngue leonem pinxit.
  - Torynan edolauit.
  - Cuminum seuit.
- Ex fabula
  - Vetere & recepta. Vt Aristoteles de Aquila inquit, quòd fame perit, rostrum intorquens. ita autem plectitur, quia cum olim homo esset, iniuria hospitem affecit. Hic igitur vetere fabula vsus est & communi.
  - Noua & tunc primum efficta. Veluti quidam de fele dicens, quòd vna cum Luna extenuaretur, & pinguesceret, adfinxit. hinc & fabula exorta, quòd Luna peperit felem. Non enim tantum ex ipso commento extitit lepos, sed etiam fabula præ se fert lepidum quiddam, quæ facit felem Lunæ filium.
- Ex timore immutato. Quando frustra aliquis timuerit, veluti cingulum vt serpentem, vel furnum vt hiatum. Quæ sane & ipsa magis apta comœdijs sunt.
- Ex imaginib. Vt si gallum gallinaceum Medo similem dicas, quia cristam rectam fert, Regi autem, quia purpureus est: vel quia cum clamarit gallus desilimus electo, non secus atque cum rex clamat, & metuimus.
- Rebus
  - Ex hyperbolis, quę cernūtur in
    - Comœdijs Vt illud
      - Aristophanis de ingluuie Persarum. quòd assabāt boues in furno pro panib.
      - Cuiusdā, de Thracibus. quòd Medoces rex integrum bouem gestabat in mala.
    - Magis sanus coloquinta.
    - Magis caluus serenitate.
    - Illa Saphonis.
      - Multo pacti de in cantu suauior.
      - Magis aurea auro.
    - Omnes hi lepores ex Hyperbolis aucti sūt, & si discrepant inter se. Differunt autem inter se
  - Prouerbijs: Vt
- Lepidum
  - Materia. huius enim sunt
    - Nympharum horti.
    - Cupidines.
  - Locutione, quæ fit per nomina pulchra, quæ in primis pariunt leporem, ceu illa.
    - Ποικίλλεται μὲν γαῖα πολυστέφανος, Χλωρηὶς ἀηδών.
  - Voluntate. Qui enim veneres ac lepores orationis sectatur, oblectare animos eorum, qui audiunt, ac suauitate aspergere honesto vult. Venustatem autem laus consequitur.
  - Loco aliquando in
    - Satyro.
    - Comœdia.
    - Tragœdia.
  - Imaginib. quæ sunt in scommatis & dicacitate: Oppositio eū faceta. Vt
    - Aegyptia clematis: de longo, & atro homine.
    - Marina ouis. de stulto in mari.
    - Huiusmodi dicta cōsectabimur: ne in conuicia, & petulantes voces delabamur.
  - Nominib. pulchris secundum
    - Grāmaticos vel ad
      - Iucūditatem in
        - Aspectu. Vt illa
          - Ῥοδόχροον
          - Ανθοφόρον
          - χρόας.
        - Auditu Vt
          - Καλλίστρατος.
          - Αννοῶν.
          - Δημοσθένην, pro Δημοσθένη. Attici enim ob suauem sonum, ν, literam attrahunt.
          - Cōcursus enim eorū λλ, & νν sonorum quiddam habet.
      - Honestatem in sententia. Vt Αρχαῖοι pro παλαιοί. ἀρχαῖοι enim homines pleniores honoris sunt.
    - Musicos apud quos dicitur quoddā nomen.
      - Leue, quod per vocales editur, aut
        - Omnes.
        - Plures.
        - Vt Αἴας. Hæc sola nomina ex omnib. sumenda, vt elegās quiddam habentia.
      - Asperū. Vt, βέβρωκε. Et ipsum vtique hoc asperum nomen imitatione suijpsius prolatum.
      - Compactum. quod & leuitatem in se & asperitatem habet, mixtumq; æqualiter literis.
      - Tumidū, quod est in trib.
        - Latitudine.
        - Longitudine.
        - Fictione.
        - Vt βροντὰ pro βροντή. etenim asperitatē ex priore syllaba hēt, & ex secūda longitudinem quidē propter productā latitudinē aūt propter consuetudinē Dorū. lata enī oīa loquunt Dores. Quare neque cū aliquos notabāt, vtebant Dorico sermone, sed amare Atticissabāt. Lingua enī Attica, rotundū quiddam habet & populare, & huiuscemodi vrbanitatibus aptum.

Forma

- Ridiculū
  - Materia. huius enim ſunt
    - Irus.
    - Therſites.
  - Locutione, quæ fit per nomina humilia & communiora. cuiuſmodi eſt: ὅσον γὰρ ἀωτίτης καὶ μονώτης εἰμί, φιλομυθότερος γέγονα. Deletur autem omne ridiculum ab ornatu locutionis, & pro ridiculo miraculum efficitur. Lepores enim ſunt cum modeſtia. Ornare autem verbis ridicula ſimile eſt atque ſimiam expolire. Quare & Sappho de pulchritudine canens vtitur verbis pulchris, & tota ſuauis eſt: & de Cupidinibus vtique, & de aere, & de halcyone, & omne pulchrum nomen intextum eſt in ipſius poeſi: nonnulla autem & ipſa fabricata eſt. aliter autem irridet agreſtem ſponſum, & ianitorem qui verſatur in nuptijs, valde humiliter & pedeſtribus potius nominibus quàm poeticis. quapropter magis licet hæc ipſius poemata loqui, quàm canere: neque vllo pacto accommodare ad chorum vel ad lyram, niſi ſit aliquis chorus. qui loquatur.
  - Voluntate. Qui enim riſum ſcurrilibus quibuſdam dictis mouet, irrideri & contemptui eſſe non recuſat. Ridiculis autem comitatur riſus.
  - Loco in
    - Satyro. } plerunque.
    - Comœdijs. } plerunque.
    - Tragœdijs nunquam.
  - Tempore in
    - Feſtis diebus.
    - Conuiuijs.
    - Increpationibus aduerſus delicatiores. Vt
      - Telauges thylacus.
      - Cratetis poetica.
      - Lentis laudatio. ſi eam legerit aliquis ad luxurioſos.
      - Cynica ratio. Etenim huiuſcemodi ridicula præcepti ordinem adſumunt, & ſententiæ.
  - Declaratione morū ſintne illi hoīes vel
    - Feſtiui ingenij.
    - Rudes & agreſtes
    - Intemperantes, &c.

Elegans.

In compositione. de qua non est sane procliue disputare, cum è veteribus scriptoribus nemo adhuc de ea quicquam tradiderit. Ea tamen venustatē fortasse habebit, si concinnata erit ex

Versibus siue Integris. / Dimidiatis.

Non tamen vt ipsi intelligantur esse versus in connexione orationis. sed si separarit aliquis singillatim illos & distinxerit, tunc demum à nobis ipsis deprehendatur esse versus.

Ijs, quæ versuum similitudinem habeant. latenter autem irrepit venustas ex huiusce modi voluptate. Et plurima qdem huiuscemodi species est apud

Peripateticos: Vt Dicæarchum. ἐν Ἐλαία τῆς Ἰταλίας πρεσβύτλω ἤδη τλὼ ἡλικίαν ὄντα. Amborum enim membrorum exitus quiddam continent, quod similitudinem habet versus. ob connexionem autē & continuationem occulitur, quod simile illic versui est: voluptas vero non parua subest.

Platonem, qui in multis ipso numero elegās est, extenso quodāmodo, & neque sessionem habente, neque longitudinem. horum enim alterum subtile est & graue: longitudo vero magnificum. I tanquam alicui rei lubricę simili a sunt mēbra, & neque versib. omnino, neque orationi remotæ à versu, ceu illud ———

In disputatione de musica. Νῦν δὴ ἐλέγομεν.
Μινυρίζωντε καὶ γεγανωμένος ὑπὸ τῆς ᾠδῆς διατελεῖ τὸν βίον ὅλον.
Τὸ μὲν πρῶτον, ἔτι θυμοειδὲς ἄχεν, ὥσπερ σίδηρον ἐμάλαξεν. Sic enim elegās & canorum aperte. si autem euersa compositione illa dixeris, ἐμάλαξεν ὥσπερ σίδηρον, uel διατελεῖ ὅλον τὸν βίον, abstuleris ex oratione omnem leporem, qui in ipso numero manet. non enim ullo modo in sententia, neque in singulis verbis.

De musicis instrumētis

Αὔρα δ᾽ ἥσσοι λάπτεται κατὰ πόλιν. Si enī euersa coagmentatione illa dixeris, κατὰ πόλιν λάπτεται, efficies quiddam simile ei, qui longe aliam structuram sequatur.

Καὶ ἂν κατ᾽ ἀγρούς τοῖς ποιμέσι σύριγξ ἄντις ἂν: extensione enim & longitudine valde venuste imitatus est aliquo modo sonū fistulę. erit autē id planum, si aliquis mutata cōpositione idem dixerit.

Xenophontem.

Herodotum.

Demosthenem.

Mala affectatio.

Eleganti formæ propinqua est vitiosa quædam, quæ à Græcis κακόζηλος, à Quintiliano mala affectatio appellatur. Nascitur vero & ipsa ex tribus

- 1 Sententia. quemadmodum qui dixit,
  - Centaurus seipsum equitans.
  - Cum vellet Alexāder in Olympico certamine currere, Alexander curre matris nomen.
- 2 Nominibus. ceu
  - Si quis diceret, Risit rosa suauicolor. Translatio enim illa, risit, valde præter id, quod decet, sumpta est. Et illud verbum compositum, suauicolor, ne in poemate quidem aliquis poneret bene sanus.
  - Quidam dixit, quòd Subfistulabat pinus auris.
- 3 Compositione. quæ sit
  - Anapæstica.
  - Maxime similis fractis & sine vlla dignitate versib. qualia maxime sunt Sotadea, vt mollia
    - Σκύλας καύματι κάλυψον.
    - Σέων μελίην πηλιάδα, δεξιὸν κατ᾽ ὦμον, pro illo, σέων πηλιάδα μελίην κατὰ δεξιὸν ὦμον. versus enim videtur in aliam formam mutatus, vt illi qui feruntur è maribus in feminas conuersi.

Forma tenuis.

Forma tenuis, *ἰσχνὸς λόγος*, in trib. cernitur,

1 Sententia. quæ habeat res quasdam pusillas & formæ huic accommodatas. Vt quod est apud Lysiam: *Οἰκίδιον ἐστί μοι διπλοῦν, ἴσα ἔχων τὰ ἄνω τοῖς κάτω.*

2 Locutione, quæ

- Constet nominib.
  - Proprijs.
  - Ex consuetudine. Quod enim non discedit à consuetudine, est omnibus tenuius: quod vero extra consuetudinem est & translatum, idem magnificum.
  - Non duplicibus.
  - Non factis.
    - Hæc enim Magnificæ formæ conueniunt.
- Plana sit. quæ tunc erit, si tatur
  - Proprijs.
    - Obscurum est. incerta enim singulorũ membrorum principia propter dissolutionem, quemadmodum Heracliti scripta. etenim hæc tenebricosa efficit magna ex parte Dissolutio.
    - Magis conuenit contentionibus.
    - Histrionica vocatur huiusmodi locutio. excitat enim actionem Dissolutio. Quod exemplo hoc intelligitur: Ἐδεξάμην, ἔτικτον, ἐκτρέφω φίλε. Sic enim Dissolutum coget cum etiã, qui nolit, actu adiuuare propter Dissolutionem. Si vero colligata oratio ne illa dixeris, Ἐδεξάμην, καὶ ἔτικτον, καὶ ἐκτρέφω, multam vacuitatem affectuum ui earum copularum eo conijcies. omne autem, quod est vacuum ab affectibus, est remotum ab actione. Sunt autẽ & aliæ animaduersiones histrionib. aptæ, veluti & Ion apud Euripidem, qui arcum arripit, & cycno minatur qui, stercore inquinãti simulacra deorum. etenim motus multos præbet histrioni cursus ad arcum, & vultus elatio ad cœlum personæ loquentis cum cycno, & reliqua omnis conformatio, ficta ad ornandum histrionem. Verum non est nobis nunc propositum de studio histrionum agere.
  - copulatis. nã, quod est Dissolutum,
    - Non cõuenit scriptionibus, quæ connexæ esse debent, & tãquam munitæ Cõiunctionibus. Ideo
      - In Menandro actorum opera vtũtur, qui est ĩ multis partibus dissolutus.
      - Philemonem legũt, qui Dissolutionẽ fugit.

Forma,

3 In constructione verborũ apta. q̃ quidẽ constat

E pedibus. quorũ alij

Adhibendi; Vt Pæan ex sententia Aristotelis. cuius species duæ,

Procatarctica, principijs conueniens, cuius initium est syllaba longa, tres vero breues terminant, vt huiuscemodi, ἤρξατο.

Catalectica, clausulæ accommodata, superiori opposita, cuius initiũ sunt tres breues, terminat autẽ vna longa, vt, ἀράβια.

Vtriusque exemplum erit illud Thucyd, ἤρξατο δὲ τὸ κακὸν ἐξ Αἰθιοπίας. Quã igitur potissimũ de causa Aristoteles sic præcepit? quia oportet & frontem membri, & principiũ magnificum statim esse, & finem. Hoc autem erit, si à longa inceperimus, & in longam desierimus: natura enim amplum longa syllaba, & initio edita ferit statim: & claudens, in magno quodam relinquit auditorem. omnes enim propriẽ primorũ & postremorum recordamur, & ab his mouemur. ab his autem, quæ in medio sunt, minus, tanq̃ coopertis & deletis. Apertum autem hoc in scriptis Thucydidis: ferme enim omnino magnificũ in omnib. ipsi facit numeri lõgitudo: & prope dici potest, cũ huic viro vbique sit magnificũ quiddam, cõpositionem hanc solam, aut præter cetera, gignere qđ maximũ apud eũ est. Oportet sane cogitare, quòd si non exquisite valemus membris apponere Pæonas, vtrinq; ambos, pæoniciam tamen omnino faciemus compositionem: ceu, à longis incipientes, & in lõgas desinentes. hoc enim Aristoteles præcipere videtur: q tamẽ duplex illud genus Pæonis in arte tradidit, vt esset in ea re exquisitus. Quapropter Theophrastus exẽplum ponit magnificentiæ in oratione hoc mẽbrum: Τῶν μὲν περὶ τὰ μηδενὸς ἄξια φιλοσοφούντων. Non enim e Pæonibus exquisite cõstat, sed pæonicũ quiddã est. Recipiamus igitur Pæonem in orationẽ, quia mixtus quidam est & tutior: quod magnificũ in ipso est, à longa sumẽs: aptum vero illud orationi, à breuibus.

Non adhibendi, Vt

Herous, qui est grandis, & non accommodatus orationi, sed sonorus: neq; numerosus, sed extra numerum: quemadmodum hic, ἧκεν ἡμῶν εἰς τὴν χώραν. Crebritas enim longarum syllabarum cadit extra mensuram orationis.

Iambus. quia humilis est, & multorum locutioni similis. multi sane versus iambicos fundunt, non intelligentes: Pæon autem, medius amborũ & moderatus, & tanquam temperatus.

E mẽbris lõgioribus. ceu

Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων.

Ἡροδότου Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε.

Celeriter enim reticere in mẽbrum breue, conterit orationis granditatem, etiam si sententia, quæ subest, magnifica fuerit: & eodem pacto verba.

Magnifica.

Ex circuitu quodam ſententiarum & circunductu in dicendo. Vt Thucydides: Ὁ γὰρ Ἀχελῷος ποταμὸς ῥέων ἐκ Πίνδου ὄρους διὰ Δολοπίας καὶ Ἀγριανῶν καὶ Ἀμφιλόχων καὶ διὰ Ἀκαρνικοῦ πεδίου ἄνωθεν παρὰ Στράτον πόλιν ἐς θάλασσαν διεξιεὶς παρ᾽ Οἰνιάδας, καὶ τὴν πόλιν αὐτοῖς περιλιμνάζων, ἄπορον ποιεῖ ὑπὸ τοῦ ὕδατος ἐν χειμῶνι στρατεύειν. Vniuerſa enim hæc magnificentia ex circunductu extitit, & ex eo, quod uix requieuit & qui dicit & qui audit. Quòd ſi hoc pacto, diſſoluto illo, dicat aliquis: Ὁ γὰρ Ἀχελῷος ποταμὸς, ῥεῖ μὲν ἐκ Πίνδου ὄρους, ἐκβάλλει δὲ παρ᾽ Οἰνιάδας ἐς θάλασσαν: πρὸ δὲ τῆς ἐκβολῆς, τῶν Οἰνιάδων πεδίον λίμνην ποιεῖ, ὥστ᾽ αὐτοῖς πρὸς τὰς χειμερινὰς ἐφόδους τῶν πολεμίων ἔρυμα καὶ πρόβλημα γίνεσθαι τὸ ὕδωρ. Si inquam hoc pacto immutato illo aliquis idem verbis exponat, multas quidem requietes præbebit orationi: magnitudinem autem inde auferet. Quemadmodum enim longas vias frequentia diuerſoria paruas efficiunt; ſolitudines vero etiam in paruis vijs, ſpeciem quandam retinent longitudinis: idem & in membris fieret.

Ex aſperitate compoſitionis. Vt

Homerus. Αἴας δ᾽ ὁ μέγας αἰὲν ἐφ᾽ Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ. Aliter enim fortaſſe moleſtus auribus eſt literarum concurſus: exuperantia autem demonſtrans magnitudinem herois. leuor enim, & iucundum auribus quod eſt, non valde in magnificentia locum habent, niſi alicubi in paucis.

Thucydides, qui vbique fere fugit leue & æquabile compoſitionis, & ſemper potius offendenti ad aliquam rem ſimilis eſt, quemadmodum qui per aſperas vias iter faciunt, vt cum dixerit quod, τὸ μὲν δὴ ἔτος ὡς ὡμολόγητο, ἄνοσον ἐς τὰς ἄλλας ἀσθενείας ἐτύγχανεν ὄν. facilius enim & ſuauius ſic aliquis dixiſſet, quod ἄνοσον ἐς τὰς ἄλλας ἀσθενείας ὂν ἐτύγχανεν: ſed ſuſtuliſſet ipſius magnificentiam. Quemadmodum enim nomen aſperum magnitudinem molitur, ſic compoſitio. nomina autem aſpera, & κεκραγὼς pro βοῶν, & ῥηγνύμενον pro φερόμενον: quibus omnibus Thucydides vtitur, ſimilia captans nomina compoſitioni, & nominibus compoſitionem.

Forma

- Ordine ser uando, vt ſcilicet
  - Prima ponamus, quę non valde euidentia ſunt, ſecunda autem, & poſtrema, quæ euidentiora. ſic enim & primum audiemus vt euidens. Sin, videbimur defeciſſe, & tanquam decidiſſe à validiore ad infirmũ. Vt
    - Quod apud Platonem dicitur. quòd, ἐπὰν μέν τις μουσικῇ παρέχῃ καταυλεῖν καὶ καταχεῖν τῆς ψυχῆς διὰ τῶν ὤτων. ſecundum enim multo euidentius priore. Et rurſus progreſſus inquit, Ὅταν δ' ἐπέχων μὴ ἀνίῃ, ἀλλὰ κηλῇ, τὸ δὴ μετὰ τοῦτο ἤδη τήκει καὶ λείβει. illud enim λείβει ſignificantius eſt & propinquius poemati. Si autem ante ipſum protuliſſet infirmius illud, τήκει, poſtea poſitum, viſum fuiſſet.
    - Homerus de Cyclope, qui ſemper auget hyperbolem: οὐ γὰρ ἐῴκει ἀνδρί γε σιτοφάγῳ, ἀλλὰ ῥίῳ ὑλήεντι, & præterea celſi montis, & qui ſuperet alios montes. ſemper enim quamuis magna exiſtentia priora, minora videntur, cum maiora ipſis ſunt, quæ inferuntur.
  - Cõiunctiones
    - Non valde reddamus exquiſite, ceu coniunctioni μὲν coniunctionem δὲ. minutum enim eſt, quicquid exquiſitum eſt, ſed & inordinatius aliquo modo ipſis vti. quemadmodum alicubi Antiphon dicit: Ἡ γὰρ νῆσος ἣν ἔχομεν, δήλη μὲν καὶ πόρρωθέν ἐστιν ὑψηλὴ καὶ τραχεῖα. καὶ τὰ μὲν χρήσιμα καὶ ἐργάσιμα μικρὰ αὐτῆς ἐστι, τὰ δὲ ἀργὰ πολλὰ σμικρᾶς αὐτῆς οὔσης. Tribus enim coniunctionib. vna, δὲ, redditur.
    - Crebras deinceps ponamus, quæ parua efficiunt magna, vt apud Homerum Bœoticorum oppidorum nomina, humilia exiſtentia & parua, molem quandam habent & magnitudinem propter coniunctiones deinceps tot poſitas. Vt in illo: Σχοῖνόν τε, σκῶλόν τε, πολύκνημόν τ' ἐτεωνόν.
    - Expletiuas adhibeamus non tanquam additamenta inania, & veluti adnata, aut notas vngue impreſſas. quemadmodum quidam copula, δὴ, vtuntur nullum ob finem, & νυ, & πότερον, ſed ſi proſint aliquid magnitudini orationis. Vt apud Platonem, Ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεύς. & apud Homerum, Ἀλλ' ὅτε δὴ πόρον ἷξον ἐϋῤῥόος ποταμοῖο. initijs enim apta coniunctio illic poſita, & quæ diſtrahat à priorib. ea, quæ ſequuntur, amplum quiddam molita eſt. multa enim initia granditatem moliuntur. Si autem ſic dixiſſet, Ἀλλ' ὅτε ἐπὶ τὸν πόρον ἀφίκοντο τοῦ ποταμοῦ, de puſillis rebus loquenti par fuiſſet, & præterea vt de vna re dicenti. Sumitur autem & in patheticis ſæpe coniunctio hæc. ceu in illo Calypſonis ad Vlyſſem, Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ, Οὕτω δὴ οἶκόνδε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν. Si igitur coniunctionem ſuſtuleris, vnà cum ea tolles & affectum. ad ſummam enim quemadmodum Praxiphanes affirmat, pro ſuſpirijs aſſumebantur hæ coniunctiones, & gemitibus. ſic illud αἲ αἴ, & illud φεῦ. & quale eſt, vt ipſe inquit, illud Καὶ νύχ' ὀδυρομένοισι, quod habet uim ac ſpeciem quandam miſerabilis nominis. Qui autem nullam ob rem inferciunt, inquit, copulam, ſimiles ſunt hiſtrionibus, qui hoc & hoc ob nullũ verbum dicunt. ceu ſiquis ſic dicit, Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα, Πελοπείας χθονὸς φεῦ Ἐν τ' ἀντιπόρθμοις πεδί' ἔχουσ' εὐδαίμονα. αἲ αἴ. Vt enim abundat illud αἲ αἴ, & illud φεῦ hic, ſic & vbique fruſtra inculcata coniunctio.

Magnifica.

Figura locutionis

Anthypallage, Vt Homerus. Οἱ δὲ δύω σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει. Multo enim amplius sic immutato casu, quàm si sic dixisset, Τῶν δὲ δύω σκοπέλων, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρύν: ex consuetudine enim dictum esset. omne autem, quod consuetudine fit, pusillum est. vnde & vacuum ab admiratione.

Relatione, & Dissolutione, Ἐπαναφορᾷ καὶ Διαλύσει, Vt Homerus, qui Nireum ipsumq; existentem paruum, & res ipsius magis paruas, tres naues & paucos homines, magnum ipsum, & illas itidem magnas fecit, & multas ex paucis, figura hac duplici & mixta vsus: inquit enim Νιρεὺς τρεῖς νῆας ἄγεν: Νιρεὺς Ἀγλαΐης υἱός τε: Νιρεὺς, ὃς κάλλιστος ἀνήρ. Relatio enim illius vocis ad idem nomen Nireum, & Dissolutio, multitudinem quãdam præ se ferunt rerum. etsi illæ duæ tres ue sunt. Et ferme cum semel Nireus nominatus sit in poemate, recordamur illius nihilominus, quàm Achillis & Vlyssis: & si illi in singulis pene versibus appellati sunt. causa autẽ huius est figuræ uis. Si autem sic dixisset, Νιρεὺς ὁ Ἀγλαΐας υἱὸς ἐκ Σύμης τρεῖς νῆας ἦγεν, visus aliquo modo esset Nireum siluisse. Quemadmodum enim in conuiuijs pauca, ordinata aliquo modo, multa videtur, sic & in oratione. Et quod dixit, Κυρτὰ, φαληριόωντα, sublatione coniunctionis καὶ, amplius euasit, magis, quam si dixisset, Κυρτὰ καὶ φαληριόωντα.

Connexione, συναφείᾳ, quæ est contraria Dissolutioni, & multis locis magnitudinis causa fit. ceu Ἐστρατεύοντο Ἕλληνές τε καὶ Κᾶρες, καὶ Λύκιοι, καὶ Πάμφυλοι, καὶ Φρύγες. Eiusdem enim coniunctionis positio præsefert infinitam quandam multitudinem.

Non manendo in eodem casu, μηδὲ ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένειν πτώσεως. Vt Thucydides, Καὶ πρῶτον ἀποβαίνων ἐπὶ τὴν ἀποβάθραν, ἐλειποψύχησέ τε, καὶ πεσόντος αὐτοῦ ἐς τὴν παρεξειρεσίαν, multo enim sic amplius, quàm si in eodem casu sic dixisset, quòd ἔπεσεν εἰς τὴν παρεξειρεσίαν καὶ ἀπέβαλε τὴν ἀσπίδα.

Conduplicatione, ἀναδιπλώσει. quæ alicubi effecit magnitudinem. Vt Herodotus quodam loco inquit, Δράκοντες δὲ ἦσαν ἐν τῷ Καυκάσῳ μέγεθος καὶ μέγεθος καὶ πλῆθος. bis enim prolatum, μέγεθος, tumorem quendam locutioui addidit.

Vti sane figuris oportet non crebris. ineptum enim & præseferens quandã orationis inæquabilitatẽ. Prisci igitur, qui multas figuras in oratione posuerũt, propius accedunt ad consuetudinem, quàm qui nunc nullis figuris vtuntur: quia artificiose ipsas in oratione ponebant.

Nota

- Cōcursu vocalium, qui neque penitus & vsque quaque est
  - Consectandus, vt sonoram facias compositionem, temere ipsas committens, & vt casus tulit. diuulsioni enim orationis hoc simile est, & dissectioni.
  - Fugiendus, vt fecit Isocrates, & qui ab eo profecti sunt. leuior enim sic erit fortasse compositio; eadem tamen suauitatis expertior & plane muta, cum multa vocis dulcedine priuata sit, quæ oritur ex concursu. Considerandum autem primum quòd & consuetudo ipsa coniungit literas has in nominibus, & si illa studet in primis suauitati vocis, vt in Αἰακός, & χιών. multa autem ex solis vocalibus cōponit nomina, ceu Αἰαίη, & Εὔιος. nihilo autē asperiora sunt alijs hęc, sed fortasse suauiora. Illa vero poetica, Ἠέλιος, diuisum & concursum passum de industria suauiorem vocem habet, quàm ἥλιος, & ὀρέων quàm ὀρῶν. habet enī quandam dissolutio & cōcursus tanquam cantilenam adnatam. Multa autem & alia in coitu literarū dicta aspera erant: diuisa aūt & concursum passa, suauiora facta sunt. Vt illud, Πάντα μὲν τὰ νέα καὶ καλά ἐστιν. Si vero extritis illis dixeris, καλάστιν, asperius erit qđ dicitur & humilius. In Aegypto autē & deos septem vocalib. sacerdotes celebrant, deinceps ipsas sonantes & pro tibia, & pro cithara literarum harum sonus auditur ob suauitatē vocis, quam in se habēt. Quapropter qui eximit cōcursum, nihil aliud quàm cantū eximit ex oratione & musam.
    - Fit autē tū per
      - Longas vocales, siue
        - Easdem, cum videlicet eędem, concurrunt
          - H cum η. Vt illud Thucydideū, μὴ ἤπειρος εἶναι.
          - ω cum ω. Vt illud Homericum, Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε. Etenī versus longitudinem quandā habuit ex cō cursu. & imitatus est lapidis illam in superiora loca lationē & vim ī care positā.
          - Et in cantilenis vtique melismata, ab vna fiūt eadem lōga litera, tanquam cantilenis adplicatis cātilenis. Quapropter similium cōcursus, parua quędam erit cantilenæ pars & melisma.
        - Diuersas, Vt Ἠώς.
      - Diphthongos. Concurrunt enim & diphthongi cum diphthongis. Vt illud Thucydideum, Ταύτην κατῴκησαν μὲν Κερκυραῖοι, οἰκιστὴς δὲ ἐγένετο.

Frigida.

Definitur ſic à Theophraſto. Frigidum eſt, quod excedit ſuam propriamq́; enunciationem, ceu, ἀπωϑάκωτος οὐ τραπεζοῦται κύλιξ : pro illo vſurpatum. ſine fundo calix in menſa non collocatur. Res enim, quæ parua eſt, non ſuſtinet tumorem tantum locutionis.

Magnificæ formæ vicina eſt ea, quæ Frigida, ψυχρά, appellatur. quæ

Naſcitur, vt Magnifica in tribus.

1 Sententia. quemadmodum de Cyclope, qui lapidem iecit in nauem Vlyſsis, quidam dixit, cum lapis ferretur, capræ in ipſo paſcebantur. Ex eo enim quod ſuperat modum in ſententia, quodq́; item effici non poteſt, exoritur frigus.

2 Locutione. in qua naſcitur (vt Ariſtoteli placet) Frigidum quatuor modis,

1 In externis & peregrinis nominibus. Vt Lycophron, Xerxem virum πέλωρον.

2 In Epithetis. Vt Alcidamas, humidum ſudorem.

3 In Iuncto verbo. quando more dithyramborum iuncta fuerit duplicatio nominis, Vt ἐρημόπλανος dixit quidam. & quicquid aliud ita præter modum tumidum.

4 In Translatione. Vt, τρέμοντα καὶ ὠχρὰ τὰ γράμματα.

3 Compoſitione, cum

Non eſt numeroſa, ſed extra numerum eſt; & omnibus in partib. longum habet, veluti talis. Ηκων ἡμῶν εἰς τὴν χώραν. Γάσης ἡμῶν ὀρθῆς οὔσης. nihil enim habet aptum orationi, neque in tuto poſitum, propter continuationem longarum ſyllabarum.

Verſus continui ponuntur, quod faciunt nonnulli: & qui non tegantur à continuatione. Poema enim intempeſtiuum frigidum eſt: quemadmodum & quod ſuperat menſuram.

Forma

Paruis reb. adiungitur tumor. quod quidem simile est ostentationi. qui enim homo gloriosus est, quæ sibi bona non adsunt, iactat tamen se habere, & qui paruis rebus adiungit tumorem, & ipse in paruis ostentanti se similis est: & demũ quale est, quod in prouerbio est, ornatum pistillum, tale est & quod in locutione elatum est in paruis rebus. Hoc autẽ recte fit aliquando vel

- Ioco, vt à Polycrate rhetore laudante ignobilem quempiam, tenuemq; hominem, vt si illustrem aliquam claramq; personam laudaret adhibitis antithetis, translationibus, & omnibus tropis aptis laudationibus. ludabat enim, non serio agebat: & ipse ille eius scriptionis tumor lusus est. ludere igitur liceat, vt aio: quod vero decet in omni re seruandum est, hoc est apte & accommodate ipsis, singulares res sunt verbis exponendæ, exiles exiliter, amplæ vero ample. quemadmodum Xenophon de Teleboa amne, qui paruus & pulcher est, inquit: Οὗτος δὲ ποταμὸς ἦν, μέγας μὲν οὐ, καλὸς δέ. breuitate enim compositionis, & terminatione in δὲ, tantum non monstrauit nobis paruum eum amnem fuisse. Alius autem quidam, loquens de fluuio simili Teleboæ, inquit: Ὁ ἀπὸ τῶν λαυρικῶν ὀρέων ὁρμώμενος ἐκδιδοῖ ἐς θάλασσαν, tanquam de Nilo loqueretur præcipitante, aut de Istro cum irrumpit in mare. Omnia igitur hæc Frigus vocantur.
- Necessitate. Fiunt enim parua magna, non ope eius, quod minime decet, sed aliquando necessario. Vt cum imperatorem aliquem, qui res paruas ex sententia confecerit, efferre volumus, tanquam magnas res feliciter administrarit. ceu quòd Ephorus Lacedæmone eum, qui delicate, & non ex institutis illius telluris pila luserat, virgis cæcidit. huic enim sua ui paruo auditu existenti granditatem acquirimus hoc pacto. Vt qui pusillos prauos mores impunitos relinquunt, viam maiorib. scelerib. aperiunt: & quòd ob paruas res contra leges commissas oportet punire magis, non ob magnas: & prouerbium fecimus: Principium vtique dimidium totius, tanquam simile illud sit paruo malo: vel quòd nullum malum paruum est. Sic quidem liceat paruam victoriam magnam facere verbis, non tamen vt geras aliquid, quod minime deceat, sed quemadmodum, quod magnum est, conteritur vtiliter sæpenumero, sic vtique & paruum extolli poterit.

Hyperbole vtimur, qđ vitium est omnium frigidissimum. Triplex autem est. aut enim editur per

- 1 Similitudinem. Vt illud, Θέειν ἀνέμοισιν ὁμοῖοι.
- 2 Exuperantiam, Vt illud, Λευκότεροι χιόνος.
- 3 Impossibile. Vt illud, Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη.

Omnis igitur Hyperbole cernitur aut

- In Impossibili. Neq; enim niue candidius quicquam esse potest, neque Vento in cursu simile. Hæc tamen Hyperbole quæ dicta est, eximie nominatur impossibilis. quam potissimum ob causam maxime frigida videtur omnis Hyperbole, quia ei, quod effici non potest, similis est.
- In Ridiculo. Præter hoc enim maxime & comici Poetæ vtuntur Hyperbole. quia ex eo quod fieri non põt, trahunt ridiculum. Quemadmodũ de Persarum voracitate quidã dixit, rem sine modo augens, quòd cãpos totos reliquijs ventris implebant. Et quòd boues in malis gestabant.
- In prouerbio. Vt
  - Magis caluus, quàm serenitas.
  - Magis sanus, quàm coloquinta.
  - Auro magis aurea. Quod Sapphonis est, & ĩ Hypbole dicitur, nec effici põt, nisi qđ ex eo ipso, qđ effici nõ põt, venustatẽ in se habet, nõ frigus. Quapropter maxime aliquis admiraretur diuinã Sapphonem, quòd re, quæ natura periculi plena est, & vix potest cũ laude tractari, vsa sit eleganter.

Elegans.

Elegans & ornata oratio, γλαφυρὸς λόγος, Venere omni referta & falsa oratio est. Venustatum autem quædam sunt

Maiores, & grandiores, quæ sunt poetarum. quib. vsus est Homerus

Ad dignitatem addendam & amplitudinem. Vt illud de Diana: Τῇ δέ θ᾽ ἅμα νύμφαι παίζουσι· γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ. Et, Ῥεῖα δ᾽ ἀριγνώτη πέλεται· καλαὶ δέ τε πᾶσαι.

Ad exacerbandum, ac uim rebus addendam. & ludens poeta terribilior est. primusq; ipse videtur inuenisse terribiles lepores. ceu illud de maxime remota ab omni lepore persona, de Cyclope inquam: Οὖτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι. τοὺς δ᾽ ἄλλους πρόσθεν. quod fertur Cyclopis munus. Non enim ita ipsum reddidit dirum ope aliorum, cum duos Vlysis socios deuorarit: neque ex ingenti illo lapide, quo pro foribus vtebatur: neque e baculo: vt ex hac vrbanitate. Vtitur autem huiuscemodi forma & Xenophon. & ipse quoque acerbitates inducit e leporibus: ceu de armata saltatrice: interrogatus à Paphlagone, num etiam mulieres sociæ ipsorum fuerint in bello, sane, inquit: hæ enim regem fugarunt. Duplex enim grauitas apparet ex ea venustate. vna quidem, quòd non mulieres secutæ sunt ipsos in bellum, sed Amazones: altera vero, in regem, si adeo imbecillus erat, vt à mulieribus in fugam verteretur.

Humiles magis & magis comicæ, non discrepantes à vocib. dicacibus, neque longe absunt à scurrilitate. cuiusmodi videre est apud

Aristophanem.

Sophronem.

Lysiam, qui de anu protulit illud. Cuius facilius aliquis dentes numeraret, quàm digitos. Item, Quot dignus erat accipere plagas, tot accepit drachmas.

Forma

In rebus. ceu { Nympharum horti. Hymenæi. Cupidines. Tota Sapphonis pöesis. }

Huiuſcemodi enim quamuis ab Hipponacte dicta fuerint, lepida ſunt. & ipſa res hilaris ſua ſponte eſt. nemo enim canit Hymenæum iratus: neque Cupidinem Erinnym faciet ui locutionis aut gigantem: neque ridere plorare.

In verbis ornatuq; orationis, quæ & res {

Per ſe ipſas venuſtas, venuſtiores & elegantiores facit. ceu ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρη χλωρηὶς ἀηδὼν Καλὸν ἀείδῃσιν, ἔαρος νέον ἱσταμένοιο. Hic enim & luſcinia, eſt lepida auis: & ver, natura lepidum. multum tamen ornamenti acceperunt à locutione. & ſunt venuſtiora, illud χλωρηὶς, & illud Πανδαρέου κούρη, dicere de aui: quæ ſcilicet poetæ propria ſunt.

Natura iniucundas & odioſas hilares facit. Quod à Xenophonte videtur primum inuentum. cum accepiſſet enim expertem riſus perſonam & odioſam, Aglaitadam Perſam, riſum inuenit ex ipſo lepidum. Ὅτι ῥᾷόν ἐστι πῦρ ἐκτρίψαι ἀπὸ σοῦ, ἢ γέλωτα. Hæc autem eſt potentiſſima venuſtas, & quæ maxime eſt in arbitrio dicentis. res enim natura odioſa erat, & inimica leporis, quemadmodum & Aglaitadas. hic autem tanquam patefacit, quòd è talibus etiam rebus iocus elici poteſt, quemadmodum & à calido refrigerari, calefieri autem à frigidis rebus. }

In locis, quorum alij ſunt in { Verbis ex {

Conciſione. quando idem verbum dilatatum inuenuſtum factum fuerit, ob breuitatem autem venuſtum. veluti apud Xenophontem, Τῷ ὄντι τούτῳ οὐδὲν μέτεστι τῆς Ἑλλάδος: ἐπεὶ ἐγὼ αὐτὸν εἶδον ὥσπερ Λυδὸν, ἀμφότερα τὰ ὦτα τετρυπημένον. καὶ εἶχεν οὕτως. Quod enim adiugitur, illud inquam, εἶχεν οὕτως, ob conciſionem venuſtatem gignit. ſi autem dilatatum fuiſſet pluribus verbis, quòd ſcilicet hæc vera ſunt: plane enim aures habebat perforatas: narratio nuda fuiſſet pro venuſtate. Sæpe autem & duæ res per vnam oſtenduntur ad venuſtatem pariendam. ceu de Amazone dormiente quidam inquit, quòd arcus intenſus humi iacebat, & pharetra plena ſcutum ſub capite. cingula autem non ſoluunt. in hoc enim & inſtitutum commemoratum eſt de cingulo, & quòd illa non ſoluerat cingulum. duæ res per vnam expoſitionem. & ex hac conciſione elegans quiddam natum eſt.

Ordine. idem enim primum quidem poſitum, vel medium, inuenuſtum fit: in fine autem venuſtum. ceu Xenophon inquit de Cyro. dat autem ipſi & dona, equum & tunicam & torquem, & agrum non amplius diripi. in his enim vltimum

Elegans.

timum eſt, quod venuſtatem efficit: agrum non amplius diripi: propter nouitatem doni & proprietatem. Cauſa autem eſt locus venuſtatis. ſi enim primum poſitum fuiſſet, inuenuſtius vtique fuiſſet, hoc pacto, dat ipſi dona, agrum amplius non diripi, & equum, & tunicam, & torquem. nunc verò cum antea dixiſſet vſitata dona, vltimum importauit eò peregrinum & inſuetum. ex quibus omnibus collecta eſt venuſtas.

Figuris

Verborum

Replicatione, ἀναδιπλώσει. Vt apud Sapphonem quodam loco ſponſa ad Partheniam inquit, Παρθενία παρθενία ποῖ με λιποῦσα οἴχῃ, Hæc autem reſpondet ipſi eadem figura. Οὐκ ἔτι ἥξω πρὸς σὲ, οὐκ ἔτι ἥξω. Maior enim venuſtas apparet, quàm ſi ſemel dictum eſſet & ſine figura. Atqui replicatio ad res exacerbandas potius inuenta videtur. Hæc vero & grauiſſimis rebus abutitur ad venuſtatem.

Relatione, ἀναφορᾷ. Vt Sappho de veſpere. Εσπερε πάντα φέρεις, φέρεις οἶνον, φέρεις αἶγα, φέρεις ματέρι παῖδα. Etenim hic lepos exiſtit è voce illa, φέρεις, quæ ad idem refertur.

Tranſlatione, μεταφορᾷ. Vt de cicada. πτερύγων δ' ὑποκαχθέει λιγυρὰν ἀοιδὰν. Ο, τι ποτ' ἂν φλόγιον καχέταν, ἐπιπτάμενον καταυδεῖν.

Iuncto verbo & dithyrambico. Δέσποτα πλούτων μελανοπτερύγων, τοὶ δ' ἀνὸν πρὸ πτερύγων αὐτὸ πόησον. Quæ maxime accommodatæ comœdijs ſunt & ſatyrorum fabulis luſiones.

Vulgari nomine. Vt cum Ariſtoteles inquit. ὅσω γὰρ μονώτης εἰμὶ, φιλομυθότερος γέγονα. Illud enim, μονώτης. conſuetudinis idiotarum iam eſt.

Facto nomine & illo ipſo tempore conformato. Vt idem Ariſtoteles. ὅσω γὰρ αὐτίτης καὶ μονώτης εἰμὶ, φιλομυθότερος γέγονα. Illud enim, αὐτίτης, factū eſt ex αὐτὸς.

Applicato nomine. Vt, ὁ γὰρ ὄρνις οὗτος κόλαξ ἐστὶ καὶ κόλακος. Hic enim lepos exiſtit ex eo quòd in auem luſit, vt in hominem, & quòd minime vſitata verba attribuit aui.

Forma

Sententiarum

Collatione, παραβολῇ. Vt

- Sappho de Perrocho, qui antistat ceteris sui generis hominib. πέρροχος ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ὁ λέσβιος ἀλλοδαποῖσιν. Hic enim leporem potius genuit Collatio, quam magnitudinem. atqui licebat ipsi dicere: Perrochus veluti luna alijs sideribus, vel sol splendidior: aut quæcunque alia magis propria poetarum.
- Sophron, Θᾶσαι ὅσα φύλλα καὶ κάρφεα τοι παῖδες τοὺς ἄνδρας βαλλίζοντι οἷόνπερ φαντὶ φιλάτας τρῶας, τὸν αἴαντα τῷ πάλῳ. etenim hic venusta est Collatio, & quæ illudit Troianis tanquam pueris.

Immutatione consilij. Vt

- Sappho, nam hæc venustas est proprie Sapphica, cum scilicet aliquo iam dicto mutarit animum, & tanquàm pœnituerit ipsam dixisse: ceu inquit, Alte iam superliminare extollite fabri. gener ingreditur æqualis Marti: viro magno multo maior. tanquam reprehendēs seipsam, quòd impossibili vsa est Hyperbole & quòd nullus Marti æqualis est.
- Illud veteris scriptoris de Telemacho, quòd δύο κύνες ἐδέξατο πρὸ τῆς αὐλῆς, καὶ δυνάμαι καὶ τὰ ὀνόματα εἰπεῖν τῶν κυνῶν. ἀλλὰ τί ἄν μοι βούλοιτο τὰ ὀνόματα ταῦτα. etenim hic mutato cōsilio simul vrbanæ lusit et cum reticuisset nomina canum.

Versu alieno. Vt Aristophanes irridens quodā loco Iouem, quòd non fulminibus appetit prauos, inquit: Ἀλλὰ τὸν ἑαυτοῦ νεὼν βάλλοι καὶ σούνιον ἄκρον Ἀθηνῶν: tanquam igitur non amplius Iupiter notari videtur, sed Homerus & versus Homericus; & ex hoc maior existit lepos.

Allegoria quemadmodum illud. Sophronis

- Δελφοὶ παιδίον ὑμῶν ἁ κύων φέρει.
- De senib. Ἐνθάδε ὧν καὶ γὼ παρ' ὔμμε τὼς ὁμότριχας ἐξορμίζομαι, πλόον δοκὰ ὤν: ποντίναι γὰρ ἤδη τοῖς ταλικόις δέται ἄγκυραι.
- De mulierib. tanquam de piscib. Σωλῆνες γλυκύκρεον κογχύλιον χηρᾶν γυναικῶν λίχνευμασιν. & aptiora mimis huiuscemodi omnia & obscena sunt.

Præter expectationē in quo aliquādo inclusa est inconsequētia, quę griphus appellatur. Vt illud

- Cyclopis. ꝙ postrémum comedam Vtin. Nō enim expectabat tale munus aut Vlysses, aut qui legit.
- Aristophanis de Socrate. κάμψας ὀβελίσκον, εἶτα διαβήτην λαβὼν, ἐκ τῆς παλαίστρας θοιμάτιον ὑφείλετο. Iā enim ex duob. locis hic extitit venustas. nō. n. solū præter expectationē id illatum est, sed neq; respondit priorib. huiuscemodi aūt inconsequētia vocatur griphus, quemadmodū Bulias qui apud Sophronē oratorem agit. nihil enim dicit, quod cohęreat sibijpsi: & apud Menādrum itidem prologus Messeniæ.

Membris similib. Vt Aristoteles: Ἐκ μὲν Ἀθηνῶν ἐγὼ εἰς Στάγειρα ἦλθον, διὰ τὸν βασιλέα τὸν μέγαν: ἐκ δὲ Σταγείρων εἰς Ἀθήνας, διὰ τὸν χειμῶνα τὸν μέγαν. Cū enim desierit in ambob. mēbris in idē nomen, procreauit venustatē. qđ si dempseris ex alterutro mēbro illud, μέγαν, simul sustuleris leporem.

Accusationib. latentib. quæ quandoq. similes sunt leporib. quemadmodū apud Xenophontem Heraclides. qui viuebat cū Seuthe, accedens ad singulos cōuiuas, & hortās illos, vt dono darent Seuthi, quod quisq. eorum haberet. Hæc enim & venustatem aliquam præ se ferunt, & accusationes tectæ sunt.

Elegans.

- Rebus
  - Ex prouerbio. Natura enim venusta res est. Vt Sophron, qui duobus prouerbijs, & tribus superinductis vtitur, vt lepores sibi numero crescant. fermeq; cuncta ex fabulis ipsius prouerbia licet seligere.
    - Μενεπίης ὁ τὸν πατέρα πνίγων.
    - Ex vngue leonem pinxit.
    - Torynan edolauit.
    - Cuminum seuit.
  - Ex fabula
    - Vetere & recepta. Vt Aristoteles de Aquila inquit, quòd fame perit, rostrum intorquens. ita autem plectitur, quia cum olim homo esset, iniuria hospitem affecit. Hic igitur vetere fabula vsus est & communi.
    - Noua & tunc primum effic̄ta. Veluti quidam de fele dicens, quòd vna cum Luna extenuaretur, & pinguesceret, adfinxit. hinc & fabula exorta, quòd Luna peperit felem. Non enim tantum ex ipso commento extitit lepos, sed etiam fabula præ se fert lepidum quiddam, quæ facit felem Lunæ filium.
  - Ex timore immutato. Quando frustra aliquis timuerit, veluti cingulum vt serpentem, vel furnum vt hiatum. Quæ sane & ipsa magis apta comœdijs sunt.
  - Ex imaginib. Vt si gallum gallinaceum Medo similem dicas, quia cristam rēctam fert, Regi autem, quia purpureus est: vel quia cum clamarit gallus desilimus electo, non secus atque cum rex clamat, & metuimus.
  - Ex hyperbolis, quę cernūtur in
    - Comœdijs Vt illud
      - Aristophanis de ingluuię Persarum. quòd assabāt boues in furno pro panib.
      - Cuiusdā, de Thracibus. quòd Medoces rex integrum bouem gestabat in mala.
    - Prouerbijs: Vt
      - Magis sanus coloquinta.
      - Magis caluus serenitate.
      - Illa Saphonis.
        - Multo pacti de in cantu suauior.
        - Magis aurea auro.
    - Omnes hi lepores ex Hyperbolis aucti sūt, & si discrepant inter se. Differunt autem inter se

- Lepidum
  - Materia. huius enim sunt
    - Nympharum horti.
    - Cupidines.
  - Locutione, quæ fit per nomina pulchra, quæ in primis pariunt leporem, ceu illa.
    - Ποικίλλεται μὲν γαῖα πολυστέφανος,
    - Χλωρηΐς ἀηδών.
  - Voluntate. Qui enim veneres ac lepores orationis sectatur, oblectare animos eorum, qui audiunt, ac suauitate aspergere honeste vult. Venustatem autem laus consequitur.
  - Loco aliquando in
    - Satyro.
    - Comœdia.
    - Tragœdia.
  - Imaginib. quæ sunt in scommatis & dicacitate: Oppositio eū faceta. Vt
    - Aegyptia clematis: de longo, & atro homine.
    - Marina ouis. de stulto in mari.
    - Huiusmodi dicta cōsectabimur: ne in conuicia, & petulantes voces delabamur.
  - Nominib. pulchris secundum
    - Grāmaticos vel ad
      - Iucūditatem in
        - Aspectu. Vt illa
          - Ῥοδόχροον
          - Ἀνθοφόρον
          - χρόας.
        - Auditu Vt
          - Καλλίστρατος.
          - Ἀννοῶν.
          - Δημοσθένην, pro Δημοσθένη. Attici enim ob suauem sonum, ν, literam attrahunt.
          - Cōcursus enī eorū λλ, & νν sonorum quiddam habet.
      - Honestatem in sententia. Vt Ἀρχαῖοι pro παλαιοὶ. ἀρχαῖοι enim homines pleniores honoris sunt.
    - Musicos apud quos dicit quoddā nomen.
      - Leue, quod per vocales editur, aut
        - Omnes.
        - Plures.
        - Vt Αἴας. Hæc sola nomina ex omnib. sumenda, vt elegās quiddam habentia.
      - Asperū. Vt, βέβρωκε. Et ipsum vtique hoc asperum nomen imitatione suijpsius prolatum.
      - Compactum. quod & leuitatem in se & asperitatem habet, mixtumq; æqualiter literis.
      - Tumidū, quod est in trib.
        - Latitudine.
        - Longitudine.
        - Fictione.
        - Vt βροντὰ pro βροντή. etenim asperitatē ex priore syllaba hēt, & ex secūda longitudinem quidē propter productā latitudinē aūt propter consuetudinē Dorū. lata eīi oīa loquunt Dores. Quare neque cū aliquos notabāt, vtebant Dorico sermone, sed amare Atticissiabāt, Lingua enī Attica, rotundū quiddam habet & populare, & huiuscemodi vrbanitatibus aptum.

Forma

- Ridiculũ
  - Materia. huius enim ſunt
    - Irus.
    - Therſites.
  - Locutione, quæ fit per nomina humilia & communiora. cuiuſmodi eſt: ὅσον γὰρ αὐτίτης καὶ μονώτης εἰμί, φιλομυθότερος γέγονα. Deletur autem omne ridiculum ab ornatu locutionis, & pro ridiculo miraculum efficitur. Lepores enim ſunt cum modeſtia. Ornare autem verbis ridicula ſimile eſt atque ſimiam expolire. Quare & Sappho de pulchritudine canens vtitur verbis pulchris, & tota ſuauis eſt: & de Cupidinibus vtique, & de aere, & de halcyone, & omne pulchrum nomen intextum eſt in ipſius poeſi: nonnulla autem & ipſa fabricata eſt. aliter autem irridet agreſtem ſponſum, & ianitorem qui verſatur in nuptijs, valde humiliter & pedeſtribus potius nominibus quàm poeticis. quapropter magis licet hæc ipſius poemata loqui, quàm canere: neque vllo pacto accommodare ad chorum vel ad lyram, niſi ſit aliquis chorus. qui loquatur.
  - Voluntate. Qui enim riſum ſcurrilibus quibuſdam dictis mouet, irrideri & contemptui eſſe non recuſat. Ridiculis autem comitatur riſus.
  - Loco in
    - Satyro. } plerunque.
    - Comœdijs. } plerunque.
    - Tragœdijs nunquam.
  - Tempore in
    - Feſtis diebus.
    - Conuiuijs.
    - Increpationibus aduerſus delicatiores. Vt
      - Telauges thylacus.
      - Cratetis poetica.
      - Lentis laudatio. ſi eam legerit aliquis ad luxurioſos.
      - Cynica ratio. Etenim huiuſcemodi ridicula præcepti ordinem adſumunt, & ſententiæ.
  - Declaratione morũ ſintne illi hoĩes vel
    - Feſtiui ingenij.
    - Rudes & agreſtes
    - Intemperantes, &c.

Elegans.

In compositione. de qua non est sane procliue disputare, cum è veteribus scriptoribus nemo adhuc de ea quicquam tradiderit. Ea tamen venustatē fortasse habebit, si concinnata erit ex

- Versibus siue
  - Integris.
  - Dimidiatis.
    - Non tamen vt ipsi intelligantur esse versus in connexione orationis. sed si separarit aliquis singillatim illos & distinxerit, tunc demum à nobis ipsis deprehendatur esse versus.
- Ijs, quæ versuum similitudinem habeant. latenter autem irrepit venustas ex huiusce modi voluptate. Et plurima qdem huiusce modi species est apud
  - Peripateticos: Vt Dicæarchum. ἐν Ἐλαία τῆς Ἰταλίας πρεσβύτην ἤδη τὴν ἡλικίαν ὄντα. Amborum enim membrorum exitus quiddam continent, quod similitudinem habet versus. ob connexionem autē & continuationem occulitur, quod simile illic versui est: voluptas vero non parua subest.
  - Platonem, qui in multis ipso numero elegās est, extenso quodāmodo, & neque sessionem habente, neque longitudinem. horum enim alterum subtile est & graue: longitudo vero magnificum. tanquam alicui rei lubricę similia sunt mēbra, & neque versib. omnino, neque orationi remotæ à versu, ceu illud ——
    - In disputatione de musica. Νῦν δὴ ἐλέγομεν.
      Μινυρίζωντε καὶ γεγανωμένος ὑπὸ τῆς ᾠδῆς διατελεῖ τὸν βίον ὅλον.
      Τὸ μὲν πρῶτον, εἴ τι θυμοειδὲς εἶχεν, ὥσπερ σίδηρον ἐμάλαξεν. Sic enim elegās & canorum aperte. si autem euersa compositione illa dixeris, ἐμάλαξεν ὥσπερ σίδηρον, uel διατελεῖ ὅλον τὸν βίον, abstuleris ex oratione omnem leporem, qui in ipso numero manet. non enim ullo modo in sententia, neque in singulis verbis.
    - De musicis instrumētis
      - Λύρα δή σοι λέπεται κατὰ πόλιν. Si enī euersa coagmentatione illa dixeris, κατὰ πόλιν λέπεται, efficies quiddam simile ei, qui longe aliam structuram sequatur.
      - Καὶ ἂν κατ᾽ ἀγροὺς τοῖς ποιμέσι σύριγξ ἄντις ἄη: extensione enim & longitudine valde venuste imitatus est aliquo modo sonū fistulę. erit autē id planum, si aliquis mutata cōpositione idem dixerit.
  - Xenophontem.
  - Herodotum.
  - Demosthenem.

Forma tenuis.

Forma tenuis, ἰσχνὸς λόγος, in trib. cernitur,

- 1 Sententia. quæ habeat res quasdam pusillas & formæ huic accommodatas. Vt quod est apud Lysiam; Οἰκίδιον ἔςι μοι διπλοῦν, ἴσα ἔχων τὰ ἄνω τοῖς κάτω.
- 2 Locutione. quæ
  - Constet nominib.
    - Proprijs.
    - Ex consuetudine. Quod enim non discedit à consuetudine, est omnibus tenuius: quod vero extra consuetudinem est & translatum, idem magnificum.
    - Non duplicibus.
    - Non factis.
    - Hæc enim Magnificæ formæ conueniunt.
  - Plana sit. quæ tunc erit, si [illegible]tatur
    - Proprijs.
    - copulatis. nã, quod est Dissolutum,
      - Obscurum est. incerta enim singulorũ membrorum principia propter dissolutionem, quemadmodum Heracliti scripta. etenim hæc tenebricosa efficit magna ex parte Dissolutio.
      - Magis conuenit contentionibus.
      - Histrionica vocatur huiusmodi locutio. excitat enim actionem Dissolutio. Quod exemplo hoc intelligitur: Ἐδεξάμην, ἔτικτον, ἐκτρέφω φίλε. Sic enim Dissolutum coget eum etiã, qui nolit, actu adiuuare propter Dissolutionem. Si vero colligata oratio ne illa dixeris, Ἐδεξάμην, καὶ ἔτικτον, καὶ ἐκτρέφω, multam vacuitatem affectuum ui earum copularum eo conijcies. omne autem, quod est vacuum ab affectibus, est remotum ab actione. Sunt autẽ & aliæ animaduersiones histrionib. aptæ, veluti & Ion apud Euripidem, qui arcum arripit, & cyeno minatur qui, stercore inquinãti simulacra deorum. etenim motus multos præbet histrioni cursus ad arcum, & vultus elatio ad cœlum personæ loquentis cum cyeno, & reliqua omnis conformatio, ficta ad ornandum histrionem. Verum non est nobis nunc propositum de studio histrionum agere.
      - Non cõuenit scriptionibus, quæ connexæ esse debent, & tãquam munitæ Cõiunctionibus. Ideo
        - In Menandro actorum opera vtũtur, qui est ĩ multis partibus dissolutus.
        - Philemonem legũt, qui Dissolutionẽ fugit.

Forma

Figuris

Epanalepsi. quæ est eiusdem copulæ inlatio, in illis partibus orationis, quæ post longum spatium inferuntur. ceu, Οσα μὲν ἔπραξε Φίλιππος, καὶ ὡς τὴν Θράκην κατεστρέψατο, καὶ Χερρόνησον εἷλε, καὶ Βυζάντιον ἐπολιόρκησεν, καὶ Αμφίπολιν οὐκ ἀπέδωκε, ταῦτα μὲν παραλείψω. Ferme enim copula μὲν inlata redegit nobis in memoriam, quod propositum fuerat, & reduxit nos ad principium.

Dilogia. quæ est repetitio. hoc est, cum bis idem dicitur. Iucundius enim est aliquo modo quod concisius est, quàm apertius. Vt enim, qui prætercurrunt, aliquando non cernuntur; sic & locutio non auditur propter celeritatem. Quæ figura euidentiam etiam parit. quemadmodum illud, Σὺ δ' αὐτὸν καὶ ζῶντα ἔλεγες κακῶς, καὶ νῦν ἀποθανόντα γράφεις κακῶς.

Naturali ordine nominum. cuiusmodi est illud, Επίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι εἰς τὸν ἰόνιον κόλπον. Primum enim appellatum est de quo: secundum autem, quod hoc est, quod oppidum, & alia deinceps. Posset quidem igitur & contra fieri, vt illud est, Εστι πόλις Εφύρη. Non enim penitus hunc probamus ordinem, neque alterum improbamus, vt exposuimus solum naturalem formam ordinis.

Fugiat

Ambiguitates, ἀμφιβολίας.

Dicendi formas, quæ casibus obliquis constant. etenim hoc obscurum. cuiusmodi est Philisti locutio. Concisius autem exemplum obliquæ locutionis, & hac de causa obscuræ, est illud apud Xenophontem, ceu quod τριήρεις ἤκουε περιπλεούσας ἀπὸ Ιωνίας εἰς Κιλικίαν, Τάμων ἔχοντα τὰς Λακεδαιμονίων καὶ αὐτοῦ Κύρου. Hoc enim rectis casibus prolatum diceretur hoc pacto: Τριήρεις προσεδοκῶντο εἰς Κιλικίαν: πολλαὶ μὲν Λάκαιναι, πολλαὶ δὲ Περσίδες, Κύρῳ ναυπηγηθεῖσαι ἐπ' αὐτῷ τούτῳ. ἔπλεον δ' ἀπὸ Ιωνίας: ναύαρχος δ' αὐτοῖς ἐπεστάτει Τάμως Αἰγύπτιος. Longius quidem fortasse sic extitisset, sed planius.

Tenuis.

In narrationib. omnes casus præter
- Rectum. Vt, Επίδαμνός ἐςι πόλις.
- Accus. Vt, Λέγεται Επίδαμνον τὴν πόλιν.

Alij autem casus præbebũt tum
- Obscuritatem
- Pœnam

ei, qui
- Dicit.
- Audit.

Longitudinem circumscriptionum. ceu, Ο γὰρ Αχελῶος ῥέων ἐκ Πίνδου ὄρους, ἄνωθεν μὲν παρὰ Στράτον πόλιν, ἐπὶ θάλασσαν διέξεισιν. sed sua sponte desinat, & patiatur vt requiescat auditor hoc pacto: Ο γὰρ Αχελῶος ῥεῖ μὲν ἐκ Πίνδου ὄρους, ἔξεισι δὲ ἐς θάλασσαν. Multo enim sic planius. quemadmodum quæ multa signa habent viæ & multas requietes. ducibus enim signa similia videntur. quæ vero uia sine signis erit, eademq; fuerit sui similis, & si parua fuerit, incerta videtur.

3 Compositione. in qua oportet

Fugere
- Longitudines membrorum. Magnificum enim quiddam est omnis Longitudo, quemadmodum & in heroicis metris hexametrum heroicum quod vocatur propter magnitudinem, & quod cõuenit heroibus. Comœdia autem contracta est in trimetrum noua.
- Productiones in postremis partibus. sunt enim magnificæ, cuiusmodi sunt illæ Thucydidis: Αχελῶος ποταμὸς ῥέων ἐκ Πίνδου ὄρους: & quæ sequuntur.
- Concursus
  - Longorum elementorum.
  - Diphthongorum.

  Tumidũ enim est omnis productio.
- Insignes figuras. Omne enim quod notam adpositam habet, præter consuetudinem est, & minime vulgare.

Vti
- Plerunq; trimetris / Aliquando incisis — membris, quẽ admodum
  - Plato: Κατέβην χθὲς ἐς τὸν Πειραιᾶ μετὰ Γλαύκωνος.
  - Aeschines: Εκαθήμεθα μὲν ἐπὶ τῶν θάκων ἐν Λυκείῳ, οἱ ἀθλοθέται τὸν ἀγῶνα διατιθέασιν.
- In extremis partibus membrorum sede firma, & tanquam basi quadam. Vt sunt illæ, quæ dictæ sunt.
- Cõcursu vocalium breuium cum
  - Breuibus. Vt, Πάντα μὲν τὰ νέα καλά ἐςιν.
  - Longis. Vt, Ηέλιος.

Forma

Euidentia, quæ oritur ex

Accurata narratione, & cum relictum est nihil, neq; amputatum. Veluti

ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ἀνὴρ ὀχετηγὸς, & omnis hæc collatio. Ιλ. φ. 257.

Αἰεὶ γὰρ δίφρου ἐπιβησομένοισιν ἐΐκτην. Πνοιῇ δ᾽ Εὐμήλοιο. De cursu equorum in funere Patrocli. Ιλ. ψ. 379.

Dilogia. quæ est eiusdem verbi repetitio. quemadmodum illud: Σὺ δ᾽ αὐτὸν καὶ ζῶντα ἔλεγες κακῶς, καὶ νῦν ἀποθανόντα γράφεις κακῶς. Bis enim positum, κακῶς euidentiorem ostendit maledictionem. Quòd autem Ctesiæ obijciunt, vt loquaciori propter repetitiones, multis quidem fortasse locis recte obijciunt: multis autem non sentiunt hominis euidentiam. ponit enim idem, quia sæpe habet maiorem uim. cuiusmodi sunt hæc. Stryaglius quidam vir Medus, femina Sacida ex equo deiecta: (pugnant enim feminæ apud Sacas, vt Amazones) cum uidisset Sacida formosam & florentem ætate, potestatem illi fecit, vt salua abiret. postea ictis fœderibus, cum amaret illam, repulsam passus est. statuit igitur secum inedia vitam finire. antea autem scribit epistolam ad mulierem hanc ipsam accusans. Ego te conseruaui, & tu opera mea conseruata es: ego autem tua opera perij. Hic reprehenderet aliquis fortasse, qui breuitati studeret, quòd bis nullam ob causam positum esset, conseruaui te, &, per me conseruata es: idem enim significant ambo, sed si abstuleris alterum illorum, vnà abstuleris & euidentiam, et, qui nascitur ex euidentia, affectum. præterea quod infertur, illud inquam, perij, pro pereo, euidentius est, quia ita res exitum habuit. quod enim factum iam est, grauius est, quàm qood futurum est, aut adhuc fit. Et omnino vtique poeta hic (poetam enim ipsum vocarit aliquis merito) euidentiæ opifex est in vniuersa historia. Veluti in

Mora

Tenuis.

Mora quæ fit in exponendis reb. aduersis. Oportet enim ea, quæ facta sunt, non vno verbo dicere facta esse, sed paulatim, suspenso auditore & traducto illo in eosdem animi motus. quod Ctesias in nuntio de Cyro mortuo facit. Cum venisset enim nuntius, non extemplo dicit Parysatidi mortuum esse Cyrum: (hoc enim fuisset quod fertur Scythaum vox) sed primum quidem nuntiat, ipsum vicisse. hæc autem gauisa est, & toto animo commota. deinde quærit ex illo: Rex vero vt agit? ille vero, inquit, fugit. Et hæc suscepto sermone: Tissaphernes enim ipsi horum causa est: Et rursus quærit. Cyrus autem vbi nunc est? nuntius autem respondet, quo loco decet fortes viros degere. paulatim & breui progrediens, vix tandem vt dicitur, rupit ipsum: cum valde morate & euidenter ostendisset & nuntium inuitum narrare calamitatem illam, & matrem etiam coniecisset in mœrorem, & eum qui audit.

Ijs, quæ consequuntur res aliquas. Veluti de rustico homine iter faciente quidam inquit, quòd longe audiebatur strepitus pedum ipsius accedentis, tanquã non euntis illius, sed quasi tellurem pedibus verberantis.

Ea cura, quæ adhibetur in oratione, ne sententia sententiæ repugnare videatur. Vt quod Plato de Hippocrate inquit, cum adhuc nox esset, quòd erubuisset: iam enim apparebat lux, vt color aspici potuerit. recordatus enim est noctu ad se venisse Hippocratem.

Imitatione. Vt in
- Asperitate soni illud
  - Κόπτευδ' ἐγκέφαλος.
  - Πολλὰ δ' ἄναντα, κάταντα.
- Nominibus factis. quemadmodum illud, λάπτοντες. Si enim, πίνοντες, dixisset, neque imitatus esset bibentes canes, neque euidentia vlla illic extitisset; & illud γλώσσῃσι, vtique adpositum illi, λάπτοντες, adhuc euidentiorem reddit orationem.

Forma

- Cōſiderare ſtilum epiſtolarem, q & ipſe tum
  - Eo, quod ad perſuadendum eſt accōmodatum. Id vero in duobus manet, in eo quod eſt
    - Planum.
    - Vſitatū.
      - Obſcurum enim, & extra conſuetudinem, alienū eſt à perſuadendo. eſſe igitur debent
        - Verba
          - Non eximia.
          - Non inflata.
        - Compoſitio
          - Stabilis.
          - Nihil habēs numeroſum.
        - Expoſitio
          - Non accurata:
          - Non prolixa.
          - Relinquēs quædam auditori, vt ipſe
            - Intelligat ea, & cogitet ſua vi. Cum enim intellexerit quod omiſſum eſt à te, non auditor ſolum, ſed & teſtis tuus efficitur.
            - Beneuolentior tibi ſit. acutior enim ſibi videtur tua opera, qui anſam ei præbuiſti intelligendi. contra autem omnia vt ſtulto exponere, ſimile eſt damnanti auditorem.
  - Eget tenuitate.
  - Artemonis iudicio, q. exſcripſit Ariſtotelis epiſtolas, ſcribi debet eodem genere ſermonis, quo dialogus, cū epiſtola ſit tanquā altera pars dialogi, qui vt aliquid fortaſſe, non tamen oē dicit. Differunt enim inter ſe, ꝙ
    - Dialogus
      - Imitatur ex tempore dicentem. Quis enim ſic loqueretur cum amico, vt Ariſtoteles ad Antipatrum ſuper exule ſene ſcripſit, qui inquit: Si autem ad omnes fugas hic abit, vt non reducere liceat, planum eſt non eſſe inuidendum his, qui apud inferos ſunt, redire volentibus. Qui enim ſic diſputat, demonſtranti magis ſimilis eſt, non familiariter loquenti.
      - Amat
        - Solutiones crebras.
        - Illud quod factum eſt ad imitandum. quod eſt proprium certaminis. veluti in Euthydemo: Quis erat Socrates, cum quo heri in Lyceo diſputabas? quando vos magna turba hominum circunſtabat. Et cum paululum proceſſiſſet, infert: Sane mihi peregrinus quidam videtur eſſe, cum quo diſputabas, quis erat? Huiuſcemodi enim omnis locutio, & imitatio hiſtrioni congruit.
        - Moratam orationem.
    - Epiſtola.
      - Scribitur, & donum mittitur aliquo modo.
      - Plurimum habet moratum. Ferme enim quiſque imaginem animi ſui ſcribit Epiſtolam. Et licet quidem & ex alia omni oratione videre mores ſcribentis: ē nulla autem ſic, vt ex epiſtola.
      - Fugit ſolutiones crebras. Obſcurum enim in ſcriptione Diſſolutio.

Tenuis.

- **Contrahit**
  - Longitudinem.
  - Locutionem.
  - Valde enim longæ, & præterea oratione tumidiores, non per veritatem epistolæ, sed opera essent, quæ, χαίρειν, adscriptum habeant. quemadmodum Platonis multa, & epistola Thucydidis.
- **Amat**
  - Structuram verborum, quæ dissolutior potius sit. Ridiculum enim in orbem includere sententias, tanquam non epistolam, sed causam scribas, & nō solum ridiculum, sed neque amicitiæ aptum. Quod enim prouerbio fertur, ficum ficum dicere, idem in epistolis oportet custodire.
  - Res quasdam epistolis accommodatas. Aristoteles sane, qui prętcr cæteros videtur consecutus formam epistolarem: Hoc autem non scribo ad te, inquit: non enim epistolæ accommodatum est. Si enim aliquis sophismata scribit & naturæ rationes, scribit quidem, non tamen epistolam scribit.
- **Debet esse**
  - Expressio quædam amoris,
  - Concisa.
  - De simplici re expositio.
  - In nominibus simplicibus.
- **Habet pulchritudinem, quæ constat**
  - Aptis inter amicos blanditijs.
  - Crebris prouerbijs. quia populare quiddā est prouerbium.
  - Nullis sententijs. ne per machinam loqui videamur.
- Vtitur demonstrationibus quibusdam locis epistolæ proprijs. ceu Aristoteles docere volens, quòd eodem pacto decet beneficia conferre in magnas ciuitates, & in paruas, inquit: Dij enim in vtrisque æquales. quapropter quia Gratiæ deæ, æquales cō stituentur à te apud vtrasque. Etenim ipsum quod demonstratur, epistolæ accommodatum est, & demōstratio hæc ipsa.
- **Est paulo elatior aliquo modo, cum scribitur ad**
  - Ciuitates.
  - Reges.
  - Elatior sane fuerit; non tamen vt volumen sit pro epistola, quemadmodum illa Aristotelis ad Alexandrū, & ad Dionis propinquos epistola Platonis.
- Cum scribitur, attendere oportet personam, cui scribitur.
- **Miscetur (quod ad locutionem facit) ex duabus formis**
  - Venusta.
  - Tenui.

Nota arida.

Tenui formę vicina est nota quędam vitiosa, quæ arida vocatur, quæ & ipsa nascitur ex tribus,

1 Sententia quemadmodum quidam de Xerxe inquit, quòd descendit Xerxes cum omnibus suis. Valde enim extenuauit rem pro illo, cum cuncta Asia, dicens, cum omnibus suis.

2 Locutione, ceu
- Gadareus de pugna nauali prope Salamina ait.
- Quidam de Phalaride tyranno inquit, Si quibus enim in rebus Phalaris molestus fuit Agrigentinis.

Pugnam enim naualem tantam, & tyranni sæuitiam, non nomine illo, si quibus, neque, molestus fuit, oportebat dicere: sed magnis, & quæ decerẽt rem, de qua agebatur.

3 Compositione, quando
- Crebra fuerint incisa. Vt in aphorismis. Vita breuis, ars longa, occasio acuta, experientia lubrica.
- In magnare amputatum fuerit membrum, & non plenum. Quemadmodum quidam Aristidem accusans, quòd non venit in pugnam naualem propè Salamina, Atqui, inquit, sua sponte Ceres venit, & vna nobiscum pugnauit: Aristides autem non. Abscisio enim & indecora, & intempestiua est. Huiuscemodi quidem abscissionibus in alijs vtendum est. Sæpe sane sensus ipse frigidum quiddam est, &, vt nunc nominamus, cacozelus. compositio autem abscissa, & quæ furatur sensus eius licentiam. quemadmodum de eo, qui cum vxore mortua mixtus erat, dixit quidam, quòd non misceatur amplius cum ipsa. sensus enim, vt aiunt, vel cæco apparet. Compositio autem contracta furatur aliquo modo licentiam eius rei: efficit autem quæ nunc nomen habet ξηροκακοζηλίαν, concretam è duobus malis, ex mala affectatione, propter rem: & ex arido, propter compositionem.

Forma grauis.

Grauis forma, δεινὸς χαρακτὴρ existit in tribus, in

- 1. Rebus. Sunt enim res quædam per se ipsæ graues adeo, vt qui dicunt ipsas, graues esse videantur, quãuis non grauiter dicant. Quemadmodum Theopompus tibicinas in Piræo, & lupanaria, & tibia vtentes, & canentes, & saltantes, hæc omnia grauia nomina existentia, quamuis languide dixerit, grauis videtur.
- 2. Compositione verborum. in qua hæc requiruntur.
  - Vt incisa habeat pro membris. nam
    - In pauco multum apparens, est
      - Grauius. Vt illud Lacedæmoniorum ad Philippum: Dionysius Corinthi. Et in alijs vtique natura breuiter loquebantur Lacones.
      - Aptum
        - Mandatis dandis.
        - Symbolis: quia similia sunt breuiloquentijs. Etenim ex breuiter dicto suspicari plurima licet.
        - Allegorijs. Vt illud, Humo vobis cicadæ canẽt: grauius allegorice prolatum, quàm si simpliciter dictum esset, Arbores vobis excidentur.
    - Longitudo
      - Dissoluit impetum. Vt si quis ita diceret, Dionysius, amisso principatu, Corinthi mendicus viuit, docens litteras, narratio ferme fuisset potius pro conuicio.
      - Congruit supplicantibus atque poscentibus.
  - Vt periodi sint contortæ & astrictæ valde in fine. nam
    - Circumactio graue quiddam est: ac membrorum huiuscemodi depositiones, Ὡμολόγησα τούτοις ὥς ἂν οἷός τε ὦ συνερεῖν, aptæ maxime sunt ab eo numero, quem dixi.
    - Solutio est simplicius, & probi ingenij signum, quemadmodum antiqua omnis locutio: simplices enim antiqui. Quapropter in grauitate fugere oportet, quod speciẽ habet & antiquæ indolis, & numeri antiqui in oratione; & cõfugere maxime ad eam, quæ nunc continet omnia, grauitatem.
  - Vt sit violentia quædam & duritia in compositione. Graue enim multis locis & quod ægre profertur, veluti viæ inæquales. Exemplum est Demosthenicum illud: ὑμᾶς, τὸ δοῦναι ὑμῖν ἐξεῖναι.

Forma

Vt fugiātur

- Cōtraria contrarijs oppoſita.
- Similia verba ī periodis.

Efficiunt enim pro grauitate

- Tumorē
- Frigus.

Exēpla ad

- Reprehēſionem,
  - Theopompi contra ſodales Philippi dicentis: Ἀνδροφόνοι δὲ τὴν φύσιν ὄντες, ἀνδροπόρνοι τὸν τρόπον ἦσαν. Hic diſſoluit oppoſitione grauitatem. inani enim illi ſtudio, vel potius prauo ſtudio animum adhibens auditor, extra omnem iram exiſtit.
  - Demoſthenis, vbi inquit, Ἐτέλεις, ἐγὼ δ᾽ ἐτελούμην: ἐδίδασκες, ἐγὼ δ᾽ ἐφοίτων: ἐτριταγωνίστεις, ἐγὼ δὲ ἐθεώμην: ἐξέπιπτες, ἐγὼ δὲ ἐσύριττον. par enim eſt alicui, qui praua arte vtatur, propter redditionem, vel potius ludat, non ſtomachetur.
- Laudem, Demoſthenis. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐκείνων ἑάλω, σὺ τάδ᾽ οὐκ ἂν ἔγραψας, οὕτως ἂν σὺ νῦν ἁλῷς, ἄλλος οὐ γράψει. Ipſa enim res, & ordo ipſius innatam aperte habuit compoſitionem, & ne ſi vim quidem adhibuerit, aliquis facile aliter ipſum componeret. In multis enim rebus componimus, veluti qui per decliues vias currūt, ab ipſis reb. tracti.

Collationes propter longitudinem. Ceu illud. Quemadmodum autem generoſus canis, rudis, temere in aprum irruit. Pulchritudo enim & exquiſita quædam ars in his perſpicitur. Grauitas autem, vehemens quiddam eſſe vult & conciſum, & cominus percutientibus ſimilis.

Leuor in compoſitione verborum, quali in primis vſi ſunt, qui è diſciplina Iſocratis exiere reformidantes concurſum vocalium literarum. non eſt enim valde accommodatus orationi graui. nanque multa ex concurſu ipſo efficerentur grauiora, ceu illud: τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου, οὐ δι᾽ ἐμέ: οὐ γὰρ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε. Si autem, immutato illo & coniuncto, ſic aliquis dixerit: τοῦ πολέμου γὰρ οὐ δι᾽ ἐμὲ τοῦ Φωκικοῦ συστάντος: οὐ γὰρ ἐπολιτευόμην ἔγωγε πω τότε: non parum eximet grauitatis, quia multis locis & ſonorum illud concurſus erit fortaſſe grauius. etenim illud ipſum ſine cura tractatum, & tanquam ſua ſponte natum grauitatem quandam afferet, maxime cum iratos nos eſſe, aut iniuria affectos oſtenderimus. cura autem, quæ ponitur in leuore, & apta ſtructura, non irati, ſed ludentis eſt, & eius qui potius exornet aliquid. Et, quemadmodum figura vocata Diſſolutum efficit grauitatem, ſic efficiet diſſoluta omnino compoſitio. Signum autem huius rei eſt & illud Hipponactis. cum enim vellet vexare contumelijs inimicos, fregit verſum, & pro recto claudum fecit & vacuum à numero, id eſt grauitati idoneum & contumeliæ. quod enim numeroſum eſt, audituq́; iucundum, laudationibus conueniret magis quàm vituperijs.

Vt, quod maxime in aliqua ſententia acerbum, indignumq́; videri poteſt, in extremo ponatur. comprehenſum enim in medio hebeſcit, quemadmodum illud Antiſthenis: Σχεδὸν γὰρ ὀδυνήσει ἄνθρωπος ἐκ φρυγάνων ἀναστάς. Si enim aliquis ipſum ſic mutato ordine componat: Σχεδὸν γὰρ ἐκ φρυγάνων ἀναστὰς ἄνθρωπος ὀδυνήσει: quamuis idem dixerit, non idem amplius exiſtimabitur dicere.

Grauis.

- Vt periodi simul sint &
  - Crebræ: tametsi periodorum crebritas in reliquis formis idonea non est. cõtinenter enim posita metri imaginem referet, quod dicatur deinceps, & sane grauis metri veluti choliambi sunt.
  - Concisæ: dico autem bimembres quædam. quia si multorum membrorum fuerint, pulchritudinem potius adferent, non grauitatem. Adeo autem Concisio formæ huic vtilis est, vt & reticere multis locis grauius sit, veluti Demosthenes: Ἀλλ᾽ἐγὼ μὲν. οὐ βούλομαι δὲ οὐδὲν δυσχερὲς εἰπεῖν. οὗτος δὲ ἐκ περιουσίας μου κατηγορεῖ. ferme enim cum tacuerit hic, grauior omni dicente fuit. Et per deos ferme vtique & obscuritas multis locis grauitas est. grauius enim, quod suspiciones tãtum sui gignit: quod autem explanatum est, contemnitur.
- Vt adhibeatur cacophonia, hoc est asperitas quædã in verbis, q̃ grauitatẽ efficit, & maxime si res, de qua agitur, eguerit hac. Veluti
  - Homericum illud: Τρῶες δ᾽ἐρρίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν. Licebat enim & euphonia ventem tueri versum: Τρῶες δ᾽ἐρρίγησαν, ὅπως ὄφιν αἰόλον εἶδον. Sed neque qui dicit ita grauis visus esset, neque serpens ipse.
  - Si dicamus pro, Πάντ᾽ ἂν ἔγραψεν: ἔγραψεν ἄν. Et pro, Οὐ παρεγένετο: Παρεγένετο οὐχί.
  - Si desinant periodi aliquando in coniunctiones δὲ vel τέ. etsi enim præcipitur fugere huiusce modi terminationem, verum multis locis vtilis & hæc erit. ceu, Οὐκ ἀμφήμισε μὲν, ἄξιον ὄντα: ἠτίμασε δέ. Vt illud, Σχόωντε, σκάλλοντε. Efficeret autem quispiam aliquando & graue genus dicendi, si quis ita dicat: Ἔγραψε δὲ ὑπὸ τῆς ἀφροσύνης τε, ὑπὸ τῆς ἀσεβείας τε. Τὰ ἱερά τε, τὰ ὅσιά τε. Omnino enim leuitas, & quod suauiter peruenit ad aures, elegantis notæ proprium est, non grauis. Hæ autem notæ maximæ contrariæ videntur.
- Vt adhibeatur iocus mixtus cũ acerbitate. Veluti
  - In comœdijs.
  - Omnis Cynicus modus. Vt
    - Cratetis. Πήρη τις γαῖ᾽ ἐστι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι τύφῳ.
    - Diogenis illud, quod ab ipso dictum fuit
      - In Olympia, cum armatus cucurrisset, accurrens ille, se sua voce prædicauit vincere cunctos homines probitate. Etenim ridetur vox illa simul & admirationi est, & sensim etiam mordet aliquo modo occultus eius sensus.
      - In formosum puerum. Cum enim luctaretur cum formoso puero Diogenes, cõmota aliquo modo natura eius est. puero autem perterrefacto, saltuq; se ab eo abstracto: bono aĩo sis puer, inquit: nõ sum hac similis, ridiculũ enim est, quod in promptu est eius dicti: grauis aũt, quæ latet illic, vis.
      - Et omnino, vt breuiter dicã, omnis species Cynicæ orationis blandienti simul alicui similis est, & mordenti.
  - Lysias in amatorem anus dicens, quòd procliuius erat numerare ipsius dentes, quàm digitos. etenim grauissimum quiddam simul & maxime ridiculum monstrauit esse anum illam.
  - Homerus: Οὖτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι. Vt antea notatum est.

Forma.

Vt adhibeãtur nõnullæ figuræ ſententiarum. Veluti exẽpli loco,

Omiſsio, παράλειψις. Vt Demoſthenis illud: Olynthum quidẽ, & Methonem, & Apolloniam, & trigintaduo oppida Thraciæ omitto. In his enim & dixit cuncta, quæ voluit, & ſe omittere illa ait, vt cui reſtarent dicenda alia & amariora.

Reticentia, ἀποσιώπησις.

Ficta inductio alicuius perſonæ, προσωποποιΐα. ceu. Cogitate vobis maiores obijcere & dicere hæc, quæcunque illa fuerint, el Græciam, vel patriam, ſumpta forma muliebri. Quemadmodum in Epitaphio Plato: O filij, quod quidem bonis parentib. orti eſtis. Et non ex propria perſona dicere, ſed ex perſona parentum. Multo enim euidentiora & grauiora eſſe perſpiciuntur ui perſonarum illarum: potius autẽ dramata fiunt.

3 Verbis. ĩ quib. grauitatem pariunt

Figuræ. quas ſe ligere oportet huic rei idoneas. cuiuſmodi ſunt

Duplicatio, ἀναδίπλωσις. Vt, Thebæ autem Thebæ, vicina ciuitas, è media Græcia raptã eſt. Iteratum enim verbum grauitatem efficit.

Ἐπαναφορά. Ἀσύνδετον. Ὁμοιοτέλευτον. — Vt illud: Contra te ipſum vocas: cõtra leges vocas: contra democratiam vocas. Hic grauitas coaceruata eſt ex tribus. Si autem dixerit aliquis ita: Contra te ipſum, & leges, & democratiam vocas: vnà cum figuris ſuſtulerit grauitatẽ.

Diſſolutio, Διάλυσις. quæ maxime omnium opifex eſt grauitatis. actionem enim & contentionem præbet dicenti. Ceu: Ambulat per forum, buccis inflatis, ſublatis ſupercilijs, æqualiter vadens Pithocli. Si enim copulata hæc fuerint coniunctionibus, mitiora erunt.

Gradatio, ſiue aſcenſus, κλίμαξ. Vt apud Demoſthenem illud: Nec hæc dixi quidem, ſed nec ſcripſi: nec ſcripſi quidem, ſed nec obij legationem: nec obij quidem, ſed nec perſuaſi Thebanis. Ferme enim aſcendenti oratio ſimilis eſt ad maiora maioribus. Si autem ſic aliquis hæc diceret: Ego cum & dixiſſem, & ſcripſiſſem, legationem obij, & perſuaſi Thebanis: narrationem ſolum, nihil autem graue ederet.

Interrogatio. cum interrogantes eos, qui audiunt, quædam dicimus & non enuntiantes. Verum ille, qui Eubœam ſuæ ditionis facit, & caſtellum oppugnandæ Atticæ ædificat, vtrum hæc faciens iniuriam fecit, & pacem ſoluit, an non? Tanquam enim in dubium vocat auditorem, ſimilem confutato & qui nihil reſpondere poſsit. Si autem ſic mutato illo dixerit aliquis: Iniuſte fecit, & pacem ſoluit: plane docenti & non arguenti ſimilis eſſet.

Commoratio, ἐπιμονή. quæ quidem dictio eſt maior re. Plurimum autem prodeſt ad grauitatem. Exemplum antem ipſius illud Demoſthenis: : Morbus enim, Athenienſes, grauis incidit in Græciam: ⁂ non fuiſſet adeo graue.

Bona ominatio, εὐφημισμός. quæ figura & odioſas res bonis verbis edit, & impia itidem facta pia. Ceu qui victorias aureas conflare iubebat, & vti pecunia illa ad bellum, non ſic locutus eſt inconſiderate: Percutiamus victorias ad bellum. Odioſum enim ita fuiſſet, & ſimile contumelia vexanti deas: ſed melioribus verbis: Vtamur victorijs ad bellum. Non enim percutienti victorias ſimile fuit, ita prolatum, ſed ſocias ſibi facienti.

Grauis.

Cuncta verba, quæ magnificæ formæ accommodata sunt, etsi finis est diuersus. Vt

- Translatio, μεταφορά. etenim verba transferendo licet grauiora facere. Vt illud: Pythoni ferociter agenti, & multofluenti contra uos.
- Imago, εἰκασία. Vt illud Demosthenis: Plebiscitum hoc, periculum quod tunc imminebat ciuitati, vt præteriret fecit, tanquam nimbum.
- Iunctum nomen. quemadmodum & consuetudo iungit multa grauiter, τὴν χαμαιτύπην, & τὸν παρατπλῆγα, & si quid aliud huiuscemodi est. Et apud oratores vtique inueniret aliquis multa huiuscemodi.
- Nomina rebus materiæque, de qua agitur, apta. Ceu de illo, qui fecerit
  - Vi et astute. Διεβιβάσατο.
  - Vi et aperte et cum vecordia. Ἐξέκοψεν. Ἐξῶλεν.
  - Dolose & occulte. Ετρύπησεν, vel Διέφυγεν.
- Extolli quodammodo sumptum. quod non magnitudinem facit solum, verum etiam grauitatem, veluti illud: Non dicere manum intus habentem oportet Aeschine, sed legationem obire intus manum habentem. Et illud: Verum ille, qui Eubœam suæ ditionis facit. Non enim, vt faceret orationem grandem, elatio adhibita est, sed vt grauem. Efficitur autem hoc, cum illo ipso tempore, quo nos extulerimus, accusauerimus aliquem. tanquam enim illic Aeschinem, hic vero Philippum accusat.

Demadea dicta, etsi proprium, & absurdũ modum habere videntur. Exoritur autem ipsorũ grauitas ex

- Emphasibus.
- Allegórico quodã assumpto.
- Hyperbole.

Vt

- Non mortuus est Alexander, Athenienses: omnes enim terræ odore cadaueris psusæ essent. Illud enim, ὦζεν, quo ipse vsus est, positum pro, ἠσθάνετο, allegoricum est, et simul hyperbolicum. Illud autem, omnes terras sentire, declarat per emphasim opes Alexandri. et simul quiddam factum ad consternandum habet ea oratio collectum ex tribus. omnis autem consternatio graue quiddam est, quia horribile. Hic inclusa est etiam ἔκπληξις figura.
- Hoc plebiscitum non ego scripsi, sed bellum, Alexandri spiculo scribens.
- Similis enim est Macedonum exercitus, postquam interijt Alexander, Cyclopi excæcato.
- Non quæ maiorum ætate pugnantem in nauib. sed vetulam, sandalia indutam & ptisanam sorbentem. Illud enim, vetulam, obscure dicunt pro, infirmam et exilem iam. et vnà patefaciens imbecillitatem ipsius supra modum. Illud autem, ptisanam sorbẽtem: quia carnem tunc diuidens, et tota dedita epulis, disperderet militarem pecuniam.

Demadea grauitas lubricum quiddam habet, et non valde pronum ad imitandum. inest enim et quiddam poeticum in ea forma. siquidem poeticum est Allegoria, et Hyperbole, et Emphasis: poeticum autẽ mixtum Comœdia.

Forma.

Figuratum quod vocāt in oratione: quod huius ætatis oratores ridicule tractant, & cum emphasi ignobili simul, & tanquam reuocante in memoriam res. Verum autē est figura orationis cū duobus his prolata, id est cura

Seruandi decorum. Ceu Plato in animo habens vexare contumelijs Aristippum & Cleombrotum, qui in Aegina gutturi ac ventri parebant, cum in vinculis esset Socrates Athenis spatio multorum dierum, & nō nauigarant ad sodalem & doctorem, etsi illi non distabant tota ducenta stadia Athenis. Hæc omnia aperte quidem non dixit: fuisset enim contumelia talis oratio, sed cum dignitate quadam hoc pacto. Cum enim quæsitum esset è Phædone, qui vnà fuissent cum Socrate, illeq; omnes enumerasset; rursus interrogatus an Aristippus & Cleombrotus præsentes adfuissent, minime inquit: in Aegina enim erant. Cuncta enim, quæ supradicta sunt, apparent in eo: In Aegina erant. & multo acerbior oratio videtur, cum res ipsa patefaciat, quod illic acerbum est, non ille qui dicit. Cum igitur sine metu fortasse Aristippus, sociiq; illius vexari contumelijs possent, figurate tamen Plato conuicium in illos iecit.

Ponendi res ī tuto. Veluti

Cum volumus ipsi obijcere aliquid loquētes aut cum tyrāno, aut alio quopiam violento homine: Vt

Demetrius Phalereus in Craterum Macedonem in aurea sella sedentem altiore loco, & purpuream chlamydem indutum, superbeq; legationes Græcorum accipientem figura vsus inquit, cum vellet notare illum: Accepimus olim legationem obeuntes & nos hos, & Craterum hunc. Etenim in illo demonstratiuo, hunc, perspicitur superbia Crateri tota irrisa figurate.

Platonis illud in Dionysium, qui mentitus fuerat, & negauerat: Ego tibi Plato nihil promisi. Tu certe per Deos immortales. Etenim conuictus est mentitus fuisse: & habet in se oratio illa figuram amplam simul & à periculo vacuam.

Si quis velit tegere sensū animi sui sermone ancipiti. Vt

Aeschinis illud de Telauge. Omnis enim fermè de Telauge narratio dubitationē afferret, sit ne admiratio, siue irrisio. Huiuscemodi, autem forma ambigua est: & cum sane ironia non sit, habet tamen faciem quandam ironiæ.

Cū suademus regulis, & opulentis feminis, quæ non libenter audiūt peccata sua, nō peccare; nō recta via dicemus, sed siue alios quospiam

Vituperabimus, qui similia fecerūt. Ceu ad Dionysium tyrannum cōtra Phalaridem tyrānum dicemus & Phalaridis feritatem.

Laudabimus, qui cōtraria Dionysio fecerunt: ceu Gelonē vel Hieronē, qui tanq̄ parentes Siciliæ & magistri fuere. Etenim admonetur q̄ audit simul & nō cōtumelia vexatur, & æmulatur Gelonem, quem videt laudari, & ipse laudem appetit.

Cū apud tyrannos, & populos magnos atq; potētes loquimur, caucmus, ne sermone nostro eos ad irā incitemus. Ceu

Philippus quidē, qui altero oculo orbatus erat, irascebatur, si quis appellasset p̄sente illo Cyclopem, vel oculum omnino.

Hermias, qui Atarnei dominus fuit, etsi in reliqua vita mitis (vt fertur) nō æquo aīo passus esset, si quis appellasset cultrum, vel sectionem, vel exectionē, quia eunuchus erat.

Populus Atheniensium, qui Græciæ principatum obtinet, & assentatores alit, & Cleones, & Cleophōtes. Assentari quidem igitur turpe est: reprehendere lubricum: optimum autem, quod interiectum est inter hæc, idest figuratum.

Probati autem tūc magnopere fuere hi sermones, qui illo primum tempore inuenti sunt, vel potius stupore implerunt omnes, &

Ob illud, quod in ipsis erat factum ad castigandum.

Ob euidentiam.

Quia ī ipsis quidā quod admoneret cū amplitudine existebat.

Grauis.

Cum ipſum illum, qui peccat, laudabimus, non ob ea quæ peccat, ſed ob ea, quæ non peccauit. ceu ira commotum, quod heri laudabatur, mitis cognitus in peccatis illius: & quod dignus, quem æmularentur, à ciuibus habitus eſt. libenter enim vnuſquiſque imitatur ſe ipſum, & conatur laudem laudi adnectere: potius autem vnam æquabilem laudem facere.

Cum mutat aliquis in plures formas veluti ceram, eandem orationẽ, modo

Aſſerendo. Vt: quòd vtique homines pecunias quidem filijs relinquunt: ſcientiam autem ſimul non relinquunt, quæ vti poſsit pecunijs relictis. Hæc autem forma orationis Ariſtippea dicitur.

Præcipiendo. Ceu: Quòd opus eſt non pecuniam ſolum relinquere ſuis filijs, ſed etiam ſcientiam, quæ vtatur illa.


Interrgando. (Quæ proprie vocatur forma Socratica, quàm maxime videntur imitati eſſe Aeſchines & Plato.) Vt: O puer quantam pecuniam reliquit tibi pater? num magnam, & quam non facile aliquis enumeraret? magnam o Socrates. nunquid igitur & ſcientiam tibi reliquit, quæ vti poſsit ipſa? Simul enim & hærere animo clam fecit puerum, & redegit ipſi in mentem quòd imperitus eſt, & impulit ipſum vt diſceret. Hæc vero omnia morate, & eleganter, & non, vt vulgo fertur hoc à Scythis

Nota inuenusta.

Graui formæ propinqua est vitiosa nota, quæ vocatur inuenusta, gręce ἄχαρις. Ea vero nascitur in —


- Rebus. Quando aliquis turpes res & obscenas aperte dixerit. Quemadmodum qui accusat Timandram, ut quæ quæstum corpore fecerit. Ille enim & peluim, & nummulos, & lectulum, & multam huiuscemodi, quam aures non ferunt, meretricum supellectilem in foro effudit.
- Compositione. quæ perspicitur sse inuenusta, —
  - Si diuulsæ similis fuerit. quemadmodum qui dixit: Si autem sic se habuerit hoc & hoc, interficere.
  - Si membra nullam habuerint inter se colligationem, sed similia fuerint fractis.
  - Si periodi continentes fuerint & longæ, & quæ suffocant dicentes. quæ non solum satietatis plena res sunt, sed etiam minime suauis.
- Verbis. quib. etiam sæpe res venustæ insuauiores videntur: quemadmodum Clitarchus de tenthredone bestiola simili api inquit: Καταvέμεται μὲν τὴν ὀρεινήν: εἰσίπταται δὲ εἰς τὰς κοίλας δρῦς: tanquam de boue fero, vel apro Erymanthio loquens, & non de apis quodam genere.

Quare cõtingit inuenustam simul orationem fieri & frigidam. Vicina autem aliquo modo sibi ipsis sunt hæc ambo.



FINIS.

INDEX EORVM, QVAE HIS TABVLIS CONTINENTVR.



Nar-

N

O

P

R

S

T

Tumor

FINIS.

GRAECARVM VOCVM, QVAE SVNT IN DEMETRIO, INTERPRETATIO.

Pagina 2. Ἑκαταῖος μιλήσιος ὧδε μυθᾶται. Hecatæus Milesius hunc in modum fatur.

2 Μάλιστα μὲν ἕνεκα τοῦ νομίζειν. &c. Recepi me his pro viribus patrocinaturum, tum propter filium Chabriæ, tum & vel maxime propter remp. è cuius re existimo esse, irritam facere legem.

2 Συνερῶ τούτοις ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι &c. His ego patrocinor Athenienses. amicus enim mihi est filius Chabriæ, sed multo magis amica respub. cui me dextram tendere par est.

3 Δαρείου καὶ παρυσάτιδος, Darij & Parysatidis. Νεώτερος δὲ Κῦρος. Minor autem natu Cyrus.

3 Μάλιστα μὲν ἕνεκα τοῦ νομίζειν &c. Constitui his, quantum in me erit, auxilium ferre, eam ob causam vel maxime, quòd arbitror in rem ciuitatis esse, rescindere legem, deinde etiam Chabriæ filij causa.

3 Κατέβην χθὲς εἰς τὸν Πειραιᾶ. Descenderam hesterno die in Piræum.

3 Ἅτε νῦν πρῶτον ἄγοντες. Vt qui nũc primum festos illos dies agunt.

4 Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος γίνονται παῖδες. Ex Dario & Parysatide nascuntur liberi.

4 Πρεσβύτερος μὲν Ἀρταξέρξης, νεώτερος δὲ Κῦρος. Grandior natu Artaxerxes, minor vero Cyrus.

4 Ὁ βίος βραχύς: ἡ τέχνη μακρά; ὁ καιρὸς ὀξύς. Vita breuis: ars longa: Occasio acuta.

4 Ἑκαταῖος μιλήσιος ὧδε μυθᾶται &c. Hecatæus Milesius sic loquitur: Hæc ego scribo, vt mihi vera videntur esse. Græcorum enim sermones, mea quidem sententia, & multi, & ridiculi sunt.

5 Τὸ γὰρ δὴ πᾶν τόδε, τότε μὲν &c. Nam hoc vniuersum, partim ipse Deus means vnà ducit & contorquet.

5 Ἀχνυμένη σκυτάλη Tristis scutica.

5 Τίς σὰς παρῆγε φρένας; Quis tuam peruertit mentem?

5 Φέρ' ὕδωρ, φέρ' οἶνον ὦ παῖ. Fer aquam, fer vinum puer.

5 Οὗτος δὲ ἦν, μέγας μὲν οὔ, καλὸς δέ. Hic magnus quidem non erat, amœnus tamen.

5 Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ. Dionysius Corinthi.

6 Ἡροδότου ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε. Herodoti Halicarnassei historiarum explanatio hæc est.

6 Ἡ γὰρ σαφὴς φράσις πολὺ φῶς &c. Nam dilucida & diserta oratio magnam lucem auditorum animis affert.

6 Οὐ γὰρ τὸ εἰπεῖν καλῶς &c. Non enim loqui honeste honestum est, sed parem verbis vitam agere honestum est.

6 Πλέων μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεύων δὲ διὰ τῆς θαλάττης. Nauigans quidem per terram, ambulans autem per mare.

6 Τῷ μὲν ἐπίπονον καὶ πολυκίνδυνον &c. Alterius quidem vitam laboribus & periculis plurimis refertam fecit, alterius naturam illustrem, & certatim expetendam reddidit.

6 Ἐποίησεν. Fecit.

6 Κατέστησεν. Reddidit.

6 Ἐπίπονον. Laboriosam.

6 Περίβλεπτον. Illustrem.

6 Πολυκίνδυνον. Periculis refertam.

6 Περιμάχητον. Certatim expetendam.

6 Δωρητοί τε πέλοντο &c. Donis placabiles erãt, & verbis exorabiles.

6 Πολλάκις ἐθαύμασα &c. Sæpenumero mirari soleo eos, qui has celebritates congregauerunt, & exercitationes corporis instituerunt.

6 Ὥστε οὔτε ὧν πυνθάνονται &c. Vt neque illis, quos interrogant, dedignantibus factum, & qui cognoscant illud, non probri loco obijcientibus.

6 Σὺ δ' αὐτὸν καὶ ζῶντα &c. Tu & in viuum probra iaciebas, & nunc in mortuum conuicia scribis.

6 Ἀνδροφόνοι δὲ τὴν φύσιν &c. Hominum interfectores natura erant, consuetudine autem hominum scorta.

6 Ἐκαλοῦντο μὲν ἑταῖροι &c. Nominabantur quidem amici, sed erant amicæ.

6 Ποίαν τοιαύτην πόλιν εἷλον τῶν ἐχθρῶν &c. Quam talem vrbem hostium excidere, qualem suam amiserunt.

6 Παρόμοιον. Simile.

6 Ποίαν γὰρ πόλιν τῶν ἐχθρῶν τοιαύτην ἔλαβον &c. Quam nam vrbem hostium talem ceperunt, qualem suam amiserunt.

6 Κλαυσιγέλωτα. Risum in luctu.

6 Ἐγὼ ἐκ μὲν Ἀθηνῶν &c. Athenis profectus sum Stagiras propter regem magnum: Stagiris autem Athenas propter frigus magnum.

6 Μέγαν. Magnum.

7 Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ. Dionysius Corinthi.

7 Γνῶθι σεαυτόν. Nosce te ipsum.

7 Ἕπου θεῷ. Morem gere Deo.

7 Ὥσπερ γὰρ εἴτις ἐκείνων ἑάλω &c. Nam vt si quis eorum damnatus esset, tu hæc non scripsisses: ita damnatus tu si fueris, non scribet alius.

7 Μὴ ἐπιτρέπετε τοῖς τὰ γράμματα &c. Ne habenas laxetis his, qui rogationes contrarias legibus ferunt. si enim prohibiti fuissent, iste rogationem contrariam legibus non tulisset, nec alius in posterũ ferret, isto nunc damnato.

8 Κεκραγώς. Vociferans.

8 Βοῶν. Clamans.

8 Ῥηγνύμενον. Abruptum.

8 Φερόμενον. Lapſum.
8 Υπώρειαν. Radicem montis.
9 Τότε τῷ πύθωνι &c. Tunc Pythoni oratori contra uos fluenti.
9 Ωσπερ ῥέοντι καθ' ὑμῶν. Tanquam fluenti contra vos.
9 Οξυβελὴς καθ' ὅμιλον &c. Acuto præfixum mucrone per turbam volare cupiens.
9 Κυρτὰ, φαληριόωντα. Curuæ, albeſcentes.
9 Φαληριόωντα. Albeſcentes.
9 Μενεαίνων. Cupiens.
9 Εφριξεν δὲ μάχη. Horruit pugna.
9 Φρίσσουσαν μάχην. Horrentem pugnam.
9 Τόξον. arcum. φόρμιγγα ἄχορδον: lyram ſine neruis. φόρμιγξ. lyra. ἀχόρδῳ. ſine neruis.
9 Ωσπερ. Tanquam.
9 Ωσπερ δὲ κύων &c. Quemadmodum canis generoſus temere in aprum fertur.
9 Ωσπερ ἵππος λυθεὶς &c. Quemadmodũ equus ſolutus per campos ferociens & calcitrãs currit.
10 Αμφὶ δ' ἐσάλπιγξεν μέγας οὐρανός. Circum autẽ more tubæ clangorem edidit magnum.
10 Επεὶ δὲ πορευομένων &c. Poſtquam autem incedentibus aliquid ex phalange fluctuauit, & perturbatum fuit.
10 Εκφαλαγγίσασαν τὴν θάλασσαν. Mare extra ordines phalangis erumpens.
10 Οφθαλμός. Oculus.
10 Σφόνδυλος. Spinæ humanæ os. κλεὶς. clauis. κτένες. pectines.
10 Θεοτεράτους πλάνας. Prodigijs quibuſdam diuinis errores præditos.
10 Αστρον δορύπυρον στρατόν. Siderum exercitum haſtis quibuſdam igneis munitum.
10 Νομοθέτας. Legiſlatores. ἀρχιτέκτονας. architectos.
11 Σίζε. Stridebat. Λάπτοντες. Lambentes.
11 Κιναιδείας. Obſcenitates. Ελεφαντιστὴν. Rectorem Elephantis.
11 Ηλέλιξε. Inclamauit.
12 Ανδρ' εἶδον πυρὶ &c. Vidi virum igni æs viro agglutinantem.
12 Τὰ δὲ ἅρματα ἐφέρετο &c. Currus ferebantur, quidã per ipſos amicos, quidã per ipſos hoſtes.
12 Καὶ διὰ τῶν φιλίων, καὶ διὰ τῶν πολεμίων αὐτῶν. Et per amicos, & per ipſos hoſtes.
12 Η δὲ γνώμη ἦν &c. Animus autem erat vt agitaturis & diſturbaturis ordines Græcorum.
12 Αἴας δ' ὁ μέγας &c. Aiax autem magnus ſemper in Hectorem.
13 Χαμαὶ δέ τε πορφύρεον ἄνθος. Humi autem ſternitur purpureus flos.
13 Ek καπνοῦ κατέθηκε &c. Ex fumo depoſuit, quoniam his non ſimilia ſunt, Qualia quondam ad Troiam proficiſcẽs reliquit Vlyſſes. Ad hæc, quod maius eſt, Deus immiſit in mentem, ne forte, cum largius bibiſſetis, mutuis vos vulneribus conficeretis.
13 Αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται &c. Ipſum enim ferrum viros ad ſe trahit.
13 Νήπιος οὐδ' ἄρ. &c. Stultus neque vero euaſurus erat fata mala.
13 Κρήτη τὶς γαῖ' ἐστι. &c. Creta quædam terra eſt medio in mari nigro, Pulchra, pinguis, & circumflua.
13 Περιῤῥύτου. circumfluæ. περίῤῥυτον. Circumfluam.
14 Ηρξατο δὲ. Cœpit autem.
14 Αραβία. Arabia.
14 Ηρξατο δὲ τὸ κακὸν ἐξ Αἰθιοπίας. Originem autem ſumpſit illud malum ex Aethiopia.
14 Τῶν μὲν περὶ τὰ μηδενὸς φιλοσοφούντων. Enim uero eorum, qui de rebus nullius precij philoſophantur.
14 Ηκειν ἡμῶν εἰς τὴν χώραν. Proficiſci noſtram in terram.
14 Θουκυδίδης ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον &c. Thucydides Athenienſis Peloponnenſium & Athenienſium bellum memoriæ commendauit.
14 Ηροδότου ἁλικαρνασσῆος &c. Herodoti Halicarnaſſei rerum geſtarum explanatio hæc eſt.
15 Ο γὰρ Αχελῶος ποταμὸς &c. Nam Achelous amnis ex Pindo proflues per Dolopiam, Agrianos, Amphilochos, perq; Acarnanicum campum, ſuperne quidẽ Straton vrbem Oeniadasq; interfluens, mari miſcetur: reſtagnatoq; horum oppido, intolerabilem vtique hieme propter alluuiones militiam præſtat.
15 Ο γὰρ Αχελῶος ποταμὸς &c. Nam Achelous amnis fluit quidem ex Pindo monte, exit autem ad Oeniadas in mare: ac in campum Oeniadarum ita reſtagnat, vt aquæ fluminis ſint ipſis munitio & propugnaculum aduerſus hibernos incurſus hoſtium.
15 Αἴας δ' ὁ μέγας &c. Aiax autem magnus ſemper in Hectorem ære armatum.
15 Τὸ μὲν δὴ ἔτος ὡς ὡμολόγητο &c. Annus enim, vt dicebatur, quod ad alias ægritudines attinet, morborum expers erat.
15 Ανοσον ἐς τὰς ἄλλας &c. Salubris, quod ad alias ægritudines attinet, erat.
15 Κεκραγώς. Vociferans.
15 Βοῶν. Clamans.
Ρηγνύμενον. Abruptum.
15 Φερόμενον. Lapſum.
16 Επὰν μέν τις μουσικῇ &c. Vbi quidem aliquis muſicæ conceſſerit, cantu aliquem tenere, & animum per aures perfundere.
16 Οταν δ' ἐπέχων &c. Cum autem retinens non moleſtiam nobis affert, ſed animũ noſtrum delectatione perfundit: deinceps ſane liquefacit, & fundit.
16 Λείβει. Fundit.
16 Τήκει. Liquefacit.
16 Οὐ γὰρ ἐώκει &c. Non enim ſimilis erat viro pane veſcenti, verum eminenti iugo nemoroſo.
16 Η γὰρ νῆσος ἦν ἐχομένη &c. Nam inſula erat propinqua, & eminus etiam conſpicua, cum ſit alta & aſpera, & partes quidem eius quæ colantur, exiguæ, incultæ vero plurimæ, cum ſit parua.
16 Σχοῖνόν τε σκῶλόν τε &c. Schœnumq; Scolũq; & montoſum Eteonum.

16 Δὴ, νυ, πότερον. Sunt expletiuæ coniunctiones.
16 Ο μὲν δὴ μέγας &c. Ille igitur magnus imperator in cœlo Iupiter.
16 Αλλ' ὅτε δὴ πόρον &c. Verum posteaquàm ad alueum latifluentis fluminis venerunt.
16 Αλλ' ὅτε ἐπὶ &c. Verum posteaquam fluuij vadum attigerunt.
16 Διογενὲς Λαερτιάδη &c. Generose Laertiade multarnm artium perite Vlysses, Sic sanè domũ dilectam, in patriam terram.
16 Α'ἰαῖ. Ah ah. Φεῦ. Heu.
16 Καὶ νύχ' ὀδυρομένοισι. Et sanè lamentantibus.
16 Καλυδὼν μὲν ἥδε &c. Calydon quidem hæc terra regionis Pelopeiæ, heu: quæ e regione freti campos vberrimos habet, ah ah.
16 Αἲ αἶ. Ahah. Φεῦ. Heu.
17 Οἱ δὲ δύω σκόπελοι &c. Duo autem scopuli, alter in cœlum latum peruenit.
17 Τῶν δὲ δύω σκοπέλων &c. Duorum autem scopulorum alter cœlum amplum.
17 Νιρεὺς τρεῖς νῆας &c. Nireus tres naues ducebat, Nireus Aglaiæ filius, Nireus vir pulcherrimus.
17 Νιρεὺς ὁ ἀγλαΐας &c. Nireus Aglaiæ filius, ex Syma oriundus, tres naues duxit.
17 Εστρατεύοντο ἕλληνές τε &c. Militabant & Græci, & Cares, & Lycij, & Pamphilij, & Phryges.
17 Κυρτὰ, φαληριόωντα. Curua, canescentia.
17 Καὶ. Et.
17 Καὶ πρῶτος ἀποβαίνων &c. Et primus descendens in pontem, animo concidit: & cum cecidisset inter puppim & proram.
17 Επεσεν εἰς &c. Cecidit inter puppim & proram, & clypeum abiecit.
17 Δράκοντες δὲ ἦσαν &c. Dracones autem erant in Caucaso magnitudine, & magnitudine & multitudine.
17 Μέγεθος. Magnitudine.
18 Αἰακος. Aeacus. χιών. nix. Αἰαίη. Aeæa. Εὔιος. Euius.
18 Ηέλιος. Sol. Ηλιος. Sol. ὀρέων. montium. ὀρῶν. montium.
18 Πάντα μὲν τὰ νέα καὶ καλά ἐστιν. Omnia quidem iuuenescenti a pulchra sunt.
18 Καλά 'στιν. Pulchra sunt.
18 Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε. Lapidem sursum trudebat.
18 Μὴ ἔμπαρος εἶναι. Ne sit continens.
18 Ταύτην κατῴκισαν &c. Hanc vrbem incoluerũt quidem Corcyræi, conditor autem fuit.
19 Πέλωρον. Ingentem.
19 Ερημόπλανος. Soliuagus.
19 Τρέμοντα καὶ ὠχρὰ τὰ γράμματα. Litteræ trementes & pallentes.
19 Ηκων ἡμῶν εἰς τὴν χώραν &c. Veniens nostram in terram, cum tota floreret.
20 Οὗτος δὲ ποταμὸς ἦν &c. Iste fluuius magnus quidem non erat, amœnus tamen.
20 Ος ἀπὸ τῶν λαυρικῶν &c. Qui à Lauricis montibus proficiscens, in mare euoluitur.
20 Θέειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι. In cursu ventis similes.
20 Λευκότεροι χιόνος. Candidiores niue.
20 Ουρανῷ ἐστήριξε κάρη. Caput inter nubila cõdit.
21 Τῇ δέ θ' ἅμα νύμφαι &c. Cum hac nymphæ ludũt. Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus. Et
21 Ρεῖα δ' ἀριγνώτη &c. Facile supereminet omnes: formosæ vero omnes.
21 Οὖτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι. Vtin ego postremum comedam.
22 Ως δ' ὅτε Πανδαρέου &c. Vt quando Pandarei filia, à Chloride genus ducens, initio veris.
22 Χλωρηΐς. A Chloride genus ducens.
22 Πανδαρέου κούρη. Pandarei filia.
22 Οτι ῥᾷόν ἐστι &c. Quòd facilius est ignem excutere à te, quàm risum.
22 Τῷ ὄντι Ἰύτῳ οὐδὲν &c. Reuera ad hunc nihil pertinet Græcia. quoniam ego ipsum vidi tãquam Lydum aliquem, vtrasq; auriculas perforatas habentem. & ita habebat.
22 Εἶχεν οὕτος. Ita habebat.
23 Παρθενία, παρθενία &c. Virginitas, virginitas, quò abis, me linquens?
23 Οὐκ ἔτι ἥξω &c. Non amplius veniam ad te, non amplius veniam.
23 Εσπερε πάντα φέρεις &c. Vesper omnia fers, fers vinum, fers capram, fers filium matri.
23 Φέρεις. Fers.
23 Πτερύγων δ' ὑποκακχέει &c. Funditat autẽ alis cantilenam argutam & stridulam. Quodcunque tandem aduolans in tempore ardenti personat, & resonare facit.
23 Δέσποτα πλούτων &c. Domine diuitiarum fuluas habentium alas, istud ipsum truculentum ante alas facito.
23 Οσῳ γὰρ μονώτης &c. Quo enim magis solitarius sum, eo fabulandi studiosior sum factus.
23 Οσῳ γὰρ αὐτίτης &c. Quanto enim magis sum ipse mecum et solitarius, tanto colloquendi studiosior factus sum.
23 Μονώτης. Solitarius.
23 Αυτίτης. Secum existens, non cum alio.
23 Ο γὰρ ὄρνις etc. Ales enim hic assentator est etiã assentatoris ipsius.
24 Πέρροχος ὡς ὅτ' ἀοιδὸς etc. Perrochus qui antistat ceteris sui generis hominib. vt Lesbius poeta alienigenis externisq; poetis antecellit.
24 Θάσαι ὅσα φύλλα etc. Vide quot folijs et stipulis pueri viros petunt, quemadmodum ajunt amabiles Troianos olim Aiacem luto petijsse.
24 Δύο κύνες δέδεατο etc. Duo canes ante regiam ipsius vincti erant. possem etiam canum ipsorũ nomina ponere. verum quid mihi prodessent nomina hæc?
24 Αλλὰ τὸν ἑαυτοῦ νεὼν etc. Verum suum templum fulmine percutit, et Sunium Atheniensiũ promontorium.
24 Δελφοὶ παιδίον ὑμῶν ἃ κύων φέρει. Delphi puerum

rum vestrum canis fert.

24 Ενθάδε ὤν κἠγὼ παρ᾽ ὔμμε &c. Hic cum & ipse sim, ad uos qui eiusdem coloris pilos habetis, caniq; & ipsi estis, appello nauim, tempus nauigandi idoneum expectans. ijs enim, qui tot annorum sunt, quot ipsi sumus, ancoræ iam in alto sunt.

24 Σωλῆνες γλυκύχρεον &c. Solenes (genus sunt conchiliorum) dulci carne conchilium viduarū mulierum gulositatibus.

24 Κάμψας ὀβελίσκον &c. Flexo veruculo, deinde accepto circulo, ex palæstra vestem surripuit.

24 Ex μὲν Ἀθηνῶν ἐγὼ &c. Ego Athenis Stagiras veni, metu regis magni: Stagiris vero Athenas veni, metu frigoris magni.

25 Μενεπίης ὁ τὸν πατέρα πνίγων. Menepies, qui strangulabat patrem.

25 Ποικίλλεται μὲν γαῖα πολυστέφανος. Terra multis redimita coronis, varietate distinguitur.

25 Χλωρηΐς ἀηδών. Luscinia Chloride nata.

25 Ροδόχροον, ἀνθοφόρου χρόας. Roseus color, floriferi coloris.

25 Ἀρχαῖοι. Prisci. παλαιοὶ. veteres.

25 Αἴας. Aiax. Βέβρωκε. Deuorauit.

25 Βροντά. Tonitru.

26 Ὅσον γὰρ αὐτίτης &c. Quanto enim ipse mecum & magis solitarius sum.

27 Εν Ἐλαίᾳ τῆς Ἰταλίας &c. In Elæa vrbe Italiæ iam ætate valde senem.

27 Νῦν δὴ ἐλέγομεν. Nunc igitur dicebamus.

27 Μινυρίζοντε &c. Cantillans & cantico oblectatus, perseuerat tota vita.

27 Τὸ μὲν πρῶτον &c. Primum quidem, si quid iracundum habet, tanquam ferrum mollitur.

27 Εμάλαξεν ὥσπερ σίδηρον. Mollitur tanquā ferrū.

27 Διατελεῖ ὅλον τὸν βίον. Perseuerat tota vita.

27 Λύρα δήσοι &c. Lyra igitur tibi relinquitur in vrbe.

27 Κατὰ πόλιν λέπεται. In vrbe relinquitur.

27 Καὶ αὖ κατ᾽ ἀγροὺς &c. Et in agris pastoribus fistula aliqua fuerit.

28 Σάων μελίην &c. Quatiens fraxinum Peliadem in humero dextro.

29 Οἰκίδιον ἔστι μοι &c. Est mihi domuncula duplex, quæ cœnacula summa paria imis habet.

29 Εδεξάμην &c. Concepi, peperi, & enutrio.

30 Ὅσα μὲν ἔπραξε &c. Quæ quidem gesserit Philippus, & quomodo Thraciam in suam ditionem redegerit, & Chersonesum ceperit, Byzantiumq; obsessum tenuerit, & Amphipolim non restituerit, ista inquā omnia silentio præteribo.

30 Τριήρεις ἤκουε πλεούσας &c. Audierat triremes circumnauigantes ab Ionia in Ciliciam, Tamon habentem Lacedæmoniorum, & ipsius Cyri triremes.

30 Τριήρεις προσεδοκῶντο &c. Triremes in Ciliciam venturæ expectabantur, multæ quidem Lacenæ, multæ vero Persides, quæ eius rei causa à Cyro erant comparatæ. erant autem ex Ionia. Tamos vero Aegyptius illis præerat.

30 Επίδαμνός ἐστι πόλις &c. Epidamnus est vrbs ad dextram nauiganti in Ionium sinum.

30 Εστι πόλις Ἐφύρη. Est vrbs Ephyra.

31 Επίδαμνός ἐστι πόλις. Epidamnus est ciuitas.

31 Λέγεται Επίδαμνον τὴν πόλιν. Fertur Epidamnum vrbem.

31 Ὁ γὰρ Ἀχελῷος &c. Nam Achelous amnis, ex Pindo monte deuolutus, superne iuxta Stratum vrbem in mare excurrit.

31 Ὁ γὰρ Ἀχελῷος ῥεῖ μὲν &c. Nam Achelous fluit quidem ex monte, exit autem in mare.

31 Ἀχελῷος ποταμὸς &c. Achelous fluuius fluens è monte Pindo.

31 Κατέβην χθὲς &c. Descendi heri in Piræum cū Glaucone.

31 Εκαθήμεθα μὲν &c. Sedebamus super sedibus in Lyceo, ubi athlothetæ certamen instituunt.

31 Πάντα μὲν τὰ νέα καλά ἐστιν. Omnia iuuenescentia pulchra sunt.

31 Ηέλιος. Sol.

32 Ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ἀνὴρ ὀχετηγός. Quemadmodum quando vir irrigator.

32 Πνοιῇ δ᾽ Εὐμήλοιο μετάφρενον. Flatu autem Eumeli dorsum.

32 Αἰεὶ γὰρ δίφρου &c. Semper enim similes erāt iam iam conscensuris currum.

32 Σὺ δ᾽ αὐτὸν νῦν &c. Tu & viuum maledictis figebas male, & nunc contumeliosis scriptis mortuum lædis male.

32 Κακῶς. Male.

33 Κόπτεν δ᾽ ἐγκέφαλος. Illidebat cerebrum.

33 Πολλὰ δ᾽ ἄναντα, κάταντα. Multa ardua, decliuia.

33 Λάπτοντες. Lambentes.

33 Πίνοντες. Bibents.

33 Γλώσσῃσι. Linguis.

35 Χαίρειν. Salutem.

36 Ξηροκακοζηλίαν. Aridam & malam affectationē.

37 Ὡμολόγησα τούτοις &c. Recepi me ijs, quam maxime facere potero, patrocinaturum.

37 Ὑμᾶς, τὸ δοῦναι ὑμῖν ἐξεῖναι. Vobis dandi potestatem.

38 Ανδροφόνοι δὲ &c. Homicidæ natura cum essent, consuetudine virorum scorta erant.

38 Ὥσπερ γὰρ εἴ τις &c. Vt siquis illorum condemnatus fuisset, tu ista non tulisses. sic te nunc sublato, alius in posterum non feret.

38 Σχεδὸν γὰρ ὀδυνήσει &c. Ferme enim cruciabit homo è cremijs fugiens.

38 Σχεδὸν γὰρ ἐκ φρυγάνων &c. Ferme enim è cremijs surgens homo cruciaret.

38 Ετέλεις, ἐγὼ δ᾽ ἐτελούμην &c. Tu alios mysterijs instituebas, ego instituebar: litteras docebas, ego discebam: actor tertiarum eras, ego spectator: cadebas, ego exsibilabam.

38 Τοῦ γὰρ φωκικοῦ &c. Nam Phocensi bello contracto,

tracto, non auctore me: non dum enim tum ego in reip. administratione versabar.

38 Τοῦ πολέμου γὰρ &c. Non bellum enim propter me Phocense cum conflatum sit: nondum enim remp. tunc gerebam.

39 Ἀλλ᾽ ἐγὼ μέν. &c. Sed ego quidem. nolo autem quicquam dicere male ominosum. hic autē nulla adductus necessitate mihi litem intendit.

39 Τρῶες δ᾽ ἐῤῥίγησαν &c. Troiani horruerunt, postquam viderunt maculosum serpentem.

39 Τρῶες δ᾽ ἐῤῥίγησαν &c. Troiani timuerunt, vt serpentem maculosum viderunt.

39 Πάντ᾽ ἂν ἔγραψεν: ἔγραψεν ἄν. Omnia scripsisset: scripsisset.

39 Ου παρεγένετο, παρεγένετο οὐχί. Non venit: venit non.

39 Ουκ εὐφήμησε μέν, ἄξιον ὄντα &c. Non prosequutus est gratulatione, quamuis dignum: dedecore affecit autem.

39 Σχοινόντε, σκώλοντε. Schœnumq;, Scolumque.

39 Εγραψε δὲ ὑπὸ τῆς &c. Scripsit vero ex amentiaque, ex impietateq;, sacraq;, profanaq;.

39 Πήρη τις &c. Pera quidem terra est medio in nigro fastu.

39 Οὖτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι. Vtin ego postremum comedam.

40 Επαναφορά. Repetitio.

40 Αναδίπλωσις. Conduplicatio.

40 Ασύνδετον. Coniunctione carens.

40 Ομοιοτέλευτον. Similiter desinens.

40 Κλίμαξ. Gradatio.

41 Χαμαιτύπην. Meretricem ignobilem & sordidam.

41 Παραπλῆγα. Insanum hominem.

41 Διεβιβάσατο. Per uim perrupit.

41 Εξέκοψεν. Εξεῖλεν. Excidit. Sustulit.

41 Ετρύπησεν. Euasit. Διέφυγεν. Effugit.

41 Ωζεν. Olfecisset.

41 Ηισθάνετο. Sensisset.

44 Κατανέμεται μὲν &c. Depascitur montana loca: inuolat irrumpitq; in cauas quercus.

FINIS.

Errata corrigenda.

Pagina 1. num. 3. κακόζηλος.
1 num. 4. δεινός.
5 num. 3. differemus. pag. 19.
6 num. 4. periodus, in honestum
6 num. 5. excandescentia enim arte
8 num. 1. Thucydides
10 Recte Xenophon cum dixit, Επεὶ δὲ
13 nu. 11. coniungi Siceliotas
14 ut huiuscemodi, ἤρξατο δὲ
16 Si aūt ante ipsum protulisset, īfirmius illud,
21 Cuius facilius aliquis dentes
22 Quod enim adiungitur, illud inquam, εἶχεν οὕτως,
24 mutato consilio simul vrbane lusit
24 Iupiter notari videtur, sed
25 desilimus è lecto,
25 Multo pacti- de in cantu suauior.
25 longitudinem quidem propter productam, latitudinem autem
26 ὅσον γὰρ 26 aliquis chorus, qui loquatur.
30 Σύ δ᾽ αὐτὸν καὶ ζῶντα
31 Εκαθήμεθα μὲν ἐπὶ τῶν θάκων ἐν Λυκείῳ, οὗ οἱ ἀθλοθέται
32 grauius est, quàm quod futurum est,
34 Considerare stilum epistolarē, qui & ipse tum { Eget tenuitate. Artemonis iudicio, &c.
38 οὕτως ἂν σὺ νῦν ἄλλως, ἄλλος οὐ γράψαι.
42 Philippus quidem, quia altero &c.

IN ARISTOT. PART.

Pag. 56. Quæ enim res ———— conducunt illis omnibus ita scribe continenter.
Quæ enim res conducunt &c.



